448. k. Liber de remediis vtriusque fortune proſpere ſeilz et adverſe per quendam A. (Adrianum Carthuſ.) poetam preſtantem necn ſacre Theologie profeſſorem eximium nouiter compilatus. *Praefatio libri incipit :* (Q)Voniam michi (*ſic*) meditanti ſubiit illa &c. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine fol.* 143. *b. lin.* 7. tes habet cecitas

Explicit liber de reme-
dys vtriusqȝ fortune

Char. eod. goth. minor. quem Henr. Eggeſt. in edit. Conſtitut. Clementis V. ann. 1471. *pro adparatu adhibuit. Cf. Steigenberg. Abhandl. Tab. IV. N.* 3. 4. *Sine ſign. & cuſt. Paginar. numeri in medio marginis exterioris extant.* 4. *min.*

Bibl. Heidegg. Convenit cum editione Colon. Therhoern. ann. 1471. *Cf. Annal. Vol. I. p.* 274. 4.

449. b. Joannis petri de ferrariis Practica Iuris. *In fine :* Explicit practica noua cõpoſita per famoſiſſimum necnõ eximiũ legum doctorem Johannẽ petrũ de Ferariis filium quondam egregii doctoris domini Auguſtini civis inclite ciuitat' Pap' *Char. Eggeſt. Sine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 229. *fol. mai.*

Gras p. 225. *Editio, ut videtur, diverſa.*

471. Jacobi de voragine Legenda aurea. *Fol.* 1. *a.* Incipit prologus ſuper legendam ſanctorum quam compilauit frater iacobus natione Januenſis ordinis fratrum predicatorum. *In fine fol. CCCCXX. a. lin.* 31. *et ultima :* fuit voluntate et carnis maceratione. *Sine alia ſubſcriptione. fol.*

Biblioth. Heidegg. Hupfauer l. c. p. 318.

472. Gvidonis de monte rocherii Manipulus Curatorum. *Charact. Mart. Flach. Specimen huius Character, in aes inciſum dedit Braun. I. Tab. II. n.* 111. *Dif-*

Differre videntur ab illo, quo Salluſtius (Cf. Annal. I. p. 89. n. 478) impreſſus eſt, cuius Specimen extat in Catalogo Bibl. de la Vall. T. III. p. 143. Saltem figura litterae maioris I. quam maxime differt.

482. b. Incipit liber regule paſtoral' GREGORII pape ad johannem Archiepiſcopum Rauēnenſem Prologus. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine fol.* 152. *a.* Explicit liber regule paſtoral' gregorii pape. ad Johannem archiepiſcopū Rauēnenſem. *Char. eod. goth. Flachii quo Gerſonis Donatus (Cf. Annal. Vol. I. p.* 90. *n.* 482.) *et Guidonis de Monte Rocherii Manipulus Curator. (Vid. ibid. p.* 88. *n.* 472.) *impreſſi fuerunt. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. lin.* 24. 4.

Extat exemplum in Biblioth. Eccleſ. Neoſt. ad Aiſch, quod benevole nobiscum communicauit Vir amiciſſimus Summeque Rev. Schnizerus Eccleſ. illius Superintendens digniſſimus, cuius merita in Bibliothecam hanc non ſatis depraedicanda ſunt.

482. c. HYSTORIA horrenda terribilisq; nimis: de quodā Magdeburgenſis eccle Archiepo vdone nuncupato. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Incipit linea* 4. *ſic:* (A)Nno domini nongenteſimo vt - *In fine nulla ſubſcriptio. Fol.* 9. *a. lin.* 13. *et ultima:* iuſtiſſima; vltionē. *Char. eod. ſine ſign. cuſt. & pagg. num.* 4.

Collectio noſtra. Cf. S. R. Am Ende freym. Betracht. p. 30. *ſq. ubi uberior notitia libelli huius rariſſimi extat.*

482. d. Incipit ſpeculum beati BERNHARDI abbatis. de honeſtate vite. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Incipit lin.* 3. *ſic:* (P)Etis a me fili &c. *In fine fol.* 5. *a.* Explicit ſpeculum bernhardi abbatis de honeſtate vite. Incipiunt octo puncta: mediante quibus peruenitur ad perfectionem Vite ſpiritualis eiusdem. *In fine nulla ſubſcriptio, at fol.* 10. *b. lin.* 4. *& ultima:* li ne te abducat ab eis. Amen. *Char. eod. goth. ſine ſign. cuſt. et pagg. num. lin.* 24. 4.

Collectio noſtra.

482. e. Copia indulgentiarum de inſtitutoe feſti pſentatonis beate marie per reuerendiſſimum dominum ADOLFVM archiepiſcopum maguntinum conceſſarum. *Terminantur fol.* 2. *b. lin.* 2. *bis uerbis:* In cuius rei teſtimonium Secretum nrm pntibus eſt appenſſum Datum in ciuitate noſtra maguntina: die penultima menſis auguſti Anno domini milleſimo qdringenteſimo ſexageſimo octavo.

Lecte fuerunt pſentes littere in generali ſinodo ſancta: et publicate de mandato pfati reuerendiſſimi domini archiepiſcopi maguntine: die mercurii XXXI. et ultima menſis auguſti. Anno ꝛc. LXVIII. *Sequitur* Bulla papalis: (P)Aulꝯ epus ſeruꝯ ſervoꝝ etc. etc. data 1464. *Agmen claudunt lectiones &c. Fol.* 18. *a. lin.* 24. Per dominum noſtrum. *Sine ulla ſubſcriptione. Char. eod. ſine ſign. cuſt. & pagg. num.* 4.

Biblioth. Heidegg.

482. f. Tractatus de doctrina dicendi et tacendi ab ALBERTANO CAVSIDICO Brixienſi d'ore beate agate compoſitus Sub anno. M.CCC.LV. feria quarta pꝯ vincula petri. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Lin.* 4. *incipit ſic:* (I)Nitio medio ac fini tractatꝯ mei adſit gra - *In fine fol.* 9. *b. Et ſic eſt finis. Char. eod. goth. ſine ſign. cuſt. & foll. num. lin.* 32. *fol.*

Biblioth. Heidegg. Collectio noſtra.

491. b. Expositio myſteriorum miſſe: et verus modus rite celebrandi. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol. eod. b.* Tractatus de expoſitione miſſe editus a fratre GVILHELMO DE GOVDA. *In fine fol.* 16. *a: Impreſſum Argentine per Joannem knoblochium. Char. goth. cum ſign.* 4.

Biblioth. Ioſch.

492. b. Fascicvlvs temporvm omnes antiquorum cronicas complectens. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol. eod. b. Icon ſenis cum baculo et roſario. Sequitur* Tabula *foll.* 5. *col.* 2. Procedit usque ad annum 1490. *& finitur fol. XC. b. Char. eod. goth. quo pracedens editio (n.* 492.) *impreſſa eſt, cum ſign. foll. num. rom. & figg. lign. inciſ. fol.*

Bibl. Capit. Sebald. Denis Suppl. p. 562. *n.* 4888. *Goetz l. p.* 432. *Gemeiner p.* 92. *Cf. Hupfauer l. c. p.* 252. *ubi haec editio Quentelio datur - male quidem, ut puto.*

F. Sequentes libri &c. *Omnes hi libri characterem diſtinctivum quidem, ſcil. formam ſingularem litterae maioris S. habent. Differunt tamen ratione figurae litterar. maiorum Q & I. quae partim typographum Argentinenſem, partim vero illum produnt, qui Burgdorfii impreſſit. Sic et typi Euſtadiani cum Argentinenſibus convenire videntur.*

498. b. Incipit tractatus de contractibus et vitalicys &c. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine fol.* 41. *a. lin.* 30. - nuria eos compellente
lin. 31. Deo gratias.

Char. eod. goth. quo Aeneae Sylvii tr. de duob. amantib. n. 498. *impreſſus fuit. fol.*

Biblioth. Heidegg.

498. c. Tractatus de periculis contingentibus circa ſacramentum Eucariſtie et de remediis eorundem! ex dictis ſancti Thome de Aquino feliciter incipit. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine fol.* 4. *b. lin.* 6: Tractatus de periculis circa ſacramentum euchariſtie contingentibus feliciter finit. *Char. eod. goth.* 4.

Bibl. Heidegg.

515. Leonardi aretini Comoedia Graccus &c. *In fine:* Finit feliciter leonardus Aretinꝰ in monaſterio Sorteñ &c. *Monaſterium hoc Sorten, monaſterium illud Praemonſtratenſium, germanice Schuſsenried, lat. Sorethium, Abbatia Sorethana in Sueuia eſſe, argumentis ſat firmis monſtravit S. R. Am Ende in Meuſelii Magaz. VII. & VIII. St. p.* 232. *ſqq. Char. eod. et Terentii Comoedias (Cf. Annal. Vol. I. p.* 95. *n.* 513.) *impreſſas eſſe, monuit idem vir doctus, ibid. p.* 336. *ſq. qui utrumque librum ex Bibl. monaſterii Irſee prae oculis habuit. Amicitiae et benevolentiae viri huius doctiſſimi multas easque acceptiſſimas notitias, acceſſiones, emendationesque Annales noſtros debere, gratus confiteor.*

516. Gvillelmi Poſtilla in Epiſtolas & Evangelia. *Extant huius editionis exempla duo in Biblioth. illuſtr. Heideggeri, quae iisdem quidem typis impreſſa ſunt, attamen a ſe invicem differunt. In fine unius:*

Explicit poſtilla ſup euangelia dnicalia et ſup euāge
lia de ſanctis &c.

In fine alterius:

Explicit poſtilla ſup euangelia dnicalia et ſup euan
gelia de ſanctis &c. *fol.*

Cf. Gras l. c. ubi exemplum eod. char. foll. 158. *lin.* 42. *excitatur.*

XIII.

XIII. b. ASCVLI.

MCCCCLXXVII.

1. (C)OMENSA LA CRONICA De ſancto ISIDERO MENORE Con alchune addiſione caciate del texto & Iſtorie della bibia e del libro de paulo Oroſio e delle paſſione del li ſancti. Et narraſe in la dca Cronicha le ſei etate del mondo : Cioe dal pricipio del mondo - Et ancora contene in ſe tucti li nomi delli Imperatori che p fine ad federico ſecodo - iperatore iclusiuamente regno - Et dalle in carnatioe de cristo per fine ad lo di che mori El dicto Federico secondo anni. M.CCLI. erano gia paſſati. Et acora cotene i ſe la dca croicha tucti li nomi de quilli che edificaro nel mondo alcune cittade : Sicomo nel pſente libro uederite scripto ordiatiſſimamente. *Haec in fronte fol.* 1. *a & b. In fine fol.* 157: FINIS. IMPRESSO IN ASCVLI IN CASA DEL REVERENDO PLEBANO DE SANCTO VENANTIO MISER PASCALE : PER MANO DE DEGNO IMPRESSORE MAGISTRO GOLIELMO DE LINIS DE ALAMANIA. SEDENTE SIXTO. IIII. PON. MAX. M.CCCC.LXX.VII. DEO GRATIAS. *Char. rom. ſine ſign. cuſt. & foll. num.* 4.

Notitiam libri huius rariſſimi debemus illuſtr. Vernazzae. Cf. Oſſervazioni ſopra gli annali tipografici de Panzer, quae leguntur in Biblioth. Piemont. 1793. *pag.* 278. *ſqq. Omiſiſſe Audifredum librum hunc in Specimine ſuo, valde miror. Caeterum originalis haec eſt editio. Secunda* 1480. *in Civit. Auſtr. tertia vero Aquilae* 1482. *prodiit. De typographo altum apud litteratores eſt ſilentium. Italiam illum, relicta patria, ſub initiis typographiae cum aliis Alemannis u. g. Sixto Rieſſingero, petiiſſe, veriſimile eſt. Typis, quibus uſus eſt, cum Rieſſingerianis quodammodo conuenire, monet idem vir praeſtantiſſimus.*

MCCCCLXXXXVI.

2. Statuta CIVITATIS ASCVLANAE. *Dividuntur ſtatuta haec in duo volumina, quorum primum libros IV, alterum V. complectitur, non quidem ſeparatim, ſed continuato impreſſionis ordine excuſos. Unicuique libro ſuae praeponuntur rubricae. Inſcriptio primi libri ſic habet :* Al nome di Dio Am - Quiſti ſono Statuti (ſic) uulgarmente tracti deli Statuti literali del commune dela Cipta d'Aſcol : Secundo la deliberatione ſolennemente fatta in lu conſiglio generale dela ditta Cipta ſecondo lo tenore infraſcritto Inprima ſe comenſa le rubriche de lo primo libro de li Statutti de lo ditto commune cioe in prima De li contratti de li figlioli de famiglia &c. *In fine: Li ſupradci ſtatuti ſono ſtapati pluuenerabele Frate Joanni da Theramo. In la ecclesia de Sca Maria d'ſoliſtano. d' la Cita d'Aſcolo. Altempo deli. M. S. Antiani. cioe Ser Corradino d' paſq' luccio. Ser Bornabeo d'ſ. matheo Morano d'moranis Joaniantrea d'ſcucio &c. In L'anno. MCCCC. LXXXXVI. Al tempo del Sciſſimo. In xpo patre nro S. Papa Alexandro. VI. die uero. VIIII. aprilis. Cum ſign. col.* 2. *lin.* 30. *fol.*

Audiffr. Specim. p. 403. *ſq.*

XV. AVGVSTAE VINDELICORVM.

MCCCCLXXII.

12. Isidori iunioris. Hiſpalenſis epiſcopi prologus in librum de reſponſione mundi et aſtrorum ordinatione ad. Seſibutum regem incipit feliciter. *Haec in fronte. In fine - Anno dni. M. CCCC. LXXII. fol.*

Biblioth. Ioſch.

15. Johannis de tvrrecremata Explanatio in Pſalmos. *Differt haec editio omnino a praecedenti, quae notam anni habet, ita quidem ut in hac, diverſis in locis emendationes ſint conſpicuae. Hae variationes incipiunt praecipue fol.* 104. *V. g. Fol. ult.* 133. *a. lin* 29. *legitur in editione ſine nota anni:* Ad faciendam vindictam in nationibus ſcilicet in illis (que legem non habuerunt, et increpationes in populis, id eſt in illis) qui male lege uſi ſunt et ad alligandum &c. *In editione cum nota anni, verba haec, quae circellis hic cincta ſunt, omittuntur. Patet ex his, editionem ſine nota anni praeceſſiſſe. Haec ex litteris Ill. Heideggeri, qui utramque editionem poſſidet. Non eſt eadem cum n.* 14. *utramque adcuratiſſime contuli. Conveniunt quidem plerumque quoad paginas & ipſas lineas, ſed in ſingulis fere paginis differentiae occurrunt quoad orthographiam. In editione ſine nota anni inde a folio* 104 - 117. *ingens eſt confuſio textus ab ipſo typographo inducta, quae forte cauſa eum permouit, ut editionem novam iisdem typis cum nota anni* 1472 *curaret. Utraque tamen editio foliis conſtat impreſſis* 133. *neutra* 134. *Haec ex litteris Cl. Seemilleri. Numeravi folia editionis cum nota anni, quae extat in Biblioth. Capit. Sebaldini - Sunt revera tantum* 133. *fol.*

MCCCCLXXIX.

45. Johannis nider Preceptorium &c. *In fine:* Johannis nyder ſacre paginis (*ſic*) Egregii doctoris ordinis predicatorum conuentual' nurenbergenſis preceptorii preclariſſimum opus quodam digne admiracionis modo. Non penis ut priſti (ſic) quidem ſed litteris ſculptis artificiali certe conatu ex ere Remota nempe indagine. Ingeniique diuerſa inquietacione illuſtre figuratum accurate denique correctum. *Ac per diſcretum baccalarium Johannem wienner Auguſte impreſſum. Anno dni. M. CCCC. LXXIX. fol.*

Bibl. Ioſch.

MCCCCXCI.

110. b. Vigilie maiores minoreſque mortuorum: Annexis veſperis nec non officiis eorundem: canticis in eis notatis. *Haec in fronte. In fine:* Vigilie maiores: minoreſque: ac ueſpere mortuorum: annexis officiis eorundem: ſecundum chorum Auguſteñ. ordinate: expliciunt feliciter. *Erhardi Ratdolt viri ſolertis mira imprimendi arte impreſſe: qua nuper Venetiis: nunc Auguſte Vindelicorum excellit nominatiſſimus. Anno dni. MCCCC. LXXXXI. tercio Idus Octobris. Erhardi - ipſe manuum cum inſigni. Cum foll. num.* 27. *fol.*

Bibl. Irſee.

MCCCCXCII.

MCCCCXCII.

114. Kalendarium magiſtri JOANNIS DE MONTE REGIO viri peritiſſimi. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine &c.* 4.

Bibl. Ioſch.

MCCCCXCIX.

126. DIVRNALIS AVGVSTANI Pars hyemalis &c. *In Bibliotheca Monaſterii Irſee extat etiam* DIVRNALE partis aeſtivalis, *quae eandem ſubſcriptionem habet, quam ex Cl. Seemilleri Faſcic. IV. p.* 49. *excitaui. Inſigne Ratdolti in fine huius partis non extat. Fol.* 1. *b. Inſigne Epiſcopi Auguſt. Friderici de Hohenzoll. cum nomine Ratdolti perpoliti opificis huius artis impreſſ. Sequitur Kalendarium. Excipit* illud Regiſtrum. *Tum* Pſalterium ſecundum diviſiones pro aeſtate. 8.

Ex litteris Cl. Am Ende.

SINE NOTA ANNI.

187. b. Incipit prologus ſuper legenda ſanctorum quam compilauit fr. JACOBVS natione Januenſis ordinis fratrum predicatorum. *Haec in fronte. In fine:* Hyſtoria lombardica ſanctorum finit feliciter. *Char. rom.* (*Gunth. Zaineri*) *cum foll. num. rom. & figg. lign. inciſ. foll.* 398. *fol. min.*

Gras p. 235.

193. Lectura ſuper arboribus conſanguinitatis. JOHANNIS ANDREE. *Haec in fronte char. goth. Sequitur cod. fol.* 1. *a.* operis initium. *Char. rom. In fine fol.* 7. *b.* DEO GRACIAS *Seq. fig. arboris conſang. ligno inciſa. fol.*

Biblioth. Ioſch.

214. b. Tractatus qui VIATOR inſcribitur. *Terminatur fol. ult. b*: infinitas referamus gratias. *Char. eod. quo Hiſtoria Friderici I. impreſſa fuit. Sine ſign. cuſt. & foll. num. fol.*

Biblioth. Heidegg. Dedimus olim poſt Lair. Ind. I. p. 208. *libellum hunc Eliae de Louffen* (*Cf. Vol. I. p.* 203. *n.* 7.) *Male quidem! Exemplum, quod deſcripſit Laire, iam poſſidet illuſtr. Heidegg. ex cuius litteris, de confuſione, cui Lairius anſam dedit, certiores facti ſumus.*

223. b. JOANNIS DE TVRRECREMATA Tractatus de efficacia aquae benedictae. *Fol.* 1. *a.* Incipit tractatus de efficacia aque benedicte &c. *In fine:* Hec ſunt reverendiſſime pater - que - cum omni reuerentia preſento. *Char. eod. Sorgiano, ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 8. *fol.*

Editio a praecedenti diuerſa. Cf. Hupfauer l. c. p. 229. *ſqq. n.* 8. *&* 9. *ubi uberior notitia utriusque editionis extat.*

235. b. REGVLE ORDINATIONES et conſtitutiones Cancellarie Sanctiſſimi domini noſtri domini Pauli diuina prouidentia pape Secundi ſcripte et correcte in Cancellaria Apoſtolica. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol.* 45. *a. lin.* 17. *terminatur* Pauli II. Bulla de prorogatione quinquennii anno 1474. promulgata. *Sequitur* Bulla de Beneficiis affectis. *Hanc excipiunt* Johannis XXII. Conſtitutio. Benedicti XII. Reſervatio ad Regimen. Pauli II. Bullae contra Simoniacos & de caſibus reſeruatis. Eugenii IV. Priuilegium curialium. Termini cauſarum Romanae curiae. Modus vacandi beneficiorum

rum & alia quibus Regulae Pauli II. finiuntur. *In fine:* Finis. *Fol.* 48. *incipiunt:* REGVLAE. ORDINATIONES. et conſtitutiones Cancellarie Sanctiſſimi dni Noſtri domini Sixti. diuina prouidentia Pape Quarti. ſcripte et correcte in Cancellaria apoſtolica. *In fine:* Lecte et publicate fuerunt ſupras cripte (ſic) regule. Ro. in Cancellaria apoſtolica die Martis. XXVII. Menſis Auguſtii (ſic) Anno. d. M.CCCC.LXXI. Indictione quarta. Pontificatus S. D. N. D. Sixti Pape Quarti Anno. primo. G. de puteo et in audientia Contradictarum die Mercurii ſecunda Octobris Anno et pontificatus vt ſupra Or. De Vrsinis Locumtenens. *Explicit.* MCCCCLXXVI. *Char. goth.* (*Joh. Wienneri*, *cf. Gras I. Tab. IV. n.* 2.) *ſine cuſtod. & pagg. num. cum ſignaturis*, *quae in ſuperiori margine*, *non litteris*, *ſed numeris*, *iisque romanis ſunt indicatae.* 4. *min.*

Cl. Meuſelii Magaz. I. p. 68. *ſq. III. p.* 313. *VII. p.* 116. *Braun I. p.* 185. *Foſſi l. c. T. III. p.* 119. *ſq. Hae Regulae et Ordinationes ſeorſim interdum occurrunt. Pertinere tamen ad illas, tres illi numeri* 236. 237. 238. *videntur*, *quorum in Annalib. Vol. I. p.* 138. *mentio facta eſt*, *licet illi ſignaturis deſtituti ſint.*

243. b. Appellatio peccatoris a dei iuſticia ad eius miſericordiam JOANNIS GERSONIS: per modum orationis et confeſſionis. *Char. goth. Joh. Schoenſpergeri foll.* 4. 4.

Hupfauer l. c. p. 238.

254. b. Mirabile opuſculum ſancti VINCENTII ordinis predicatorum de fine mundi. In quo potiſſimum continentur tria. Primum de caſu ſiue ruina vite ſpiritualis. Secundum de ruina dignitatis eccleſiaſtice. Tertium de ruina fidei catholice. Ad poſtremum de duplicis antichriſti aduentu mixti ſcilicet et puri. *Char. goth. Joh. Froſchauer. cum ſign. lin.* 32. *foll.* 16.

Editionem hanc diverſam excitat Hupfauer l. c. p. 240.

254. c. Tractatuli domini JOHANNIS GERSON Doctoris chriſtianiſſimi. Continens de ſtatibus eccleſiaſticis Sermo de ſignis ruine eccleſie declaratio defectuum virorum eccleſiaſticorum de modo vivendi omnium fidelium. *In fine:* Expliciunt tractatuli dni Johannis Gerſon doctoris chriſtianiſſimi. *Char. goth. Joann. Froſchauer. cum ſign. foll.* 16. 4.

Hupfauer l. c. p. 241.

254. d. Poema Nutheticon PHOCYLIDIS greci poete chriſtianiſſimi a Jacobo Locher Philomuſo ad latinos Elegos traductum. In quo morum ſaluberrima documenta adverſus ſeptem Mortalia vicia. ceteraſque vite ſordes adinſtar preceptorum decalogi continentur. *Char. goth. Johann. Froſchauer cum ſign. foll.* 10. 4.

Hupfauer l. c. p. 243. *Pertinet forte ad Sec. XVI.*

255. e. Poſtilla ſuper Evangelia dominicalia. *In fine:* Explicit poſtilla ſuper Evangelia dominicalia de ſanctis ſecundum ſenſum litteralem collecta MCCCCLXXXII. *Char. Baemleri uel Blaubirer. fol.*

Ex litter. Cl. Zapf.

256. b. Incipit perutilis tractatus de peſtilentia. *Char. goth. Joh. Keller.* 4.

Strauſs opp. rar. p. 6.

XVIII. BAMBERGAE.

MCCCCLXXXII.

2. Breviarii frisingensis Pars Hyemalis. *Praecedit* Calendarium *foll.* 6. (Menſe Octobr. occurrit Feſtum undecim mill. virgin.) *Fol.* 4. Invitatorium dominicis diebus ad matut. quando imponitur hyſt. Regem magnum. Adoremus dominum. Quando non imponitur hiſtoria. Regem magnum dominum. Venite adoremus. ps. Uenite. añ. Servite domino. *Hanc partem excipit:* Pars hyemalis de tempore ſcd'm breuiarium chori eccleſie Friſingenſis incipit felicit' etc. *In fine huius partis legitur:* Pars hyemal' libroꝝ horarũ Egregium p Capitulum Friſingn correctum. *per Henr. Petzenſteiner et Jo. Senſenſchmydt Babñbergae. Anno* ꝛc. 1482. *kl' v'o nouembr.* 16. *impreſſum finit. Fol. ſeq. a. Incipit* pars hyemalis de ſanctis &c. *Hanc dein excipit:* De beate virgine &c. *Sine ulla ſubſcriptione. Char. goth. ſine cuſt. ſign. & pagg. num.* 4. *min.*

Biblioth. Heidegg.

MCCCCLXXXIV.

3. b. Obseqviale frisingense. *In fine fol. LXIIII. a:* Libellus obſequialium Eccleſie friſingñ. *induſtria et impenſis Henrici petzenſteiner et Johannis ſenſenſchmidt Babenberge impreſſus. optatum ad finem peruenit. Anno xpi* 1484. *tertia vo nos aprilis. Fol. eod. b. Regiſtrum. Char. goth. cum foll. num.* 4. *min.*

Hupfauer l. c. p. 67.

MCCCCXCV.

10. b. Breviarivm ratisbonense. Pars hyemalis & aeſtiualis. *In fine praefationis partis hyemalis: Impreſſum diligenter ac finitum Anno dni. MCCCC.LXXXXV. ſexto vero ydus Octobris. Ex eadem praefatione patet Joannem Pfeyl typographum fuiſſe. fol.*

Biblioth. Rottenbuch.

XIX. BARCHINONAE.

MCCCCLXXX.

1. b. Filosofia moral auctore aegidio romano Ord. S. Auguſt. gotholaunice ab anonymo converſa. *Barcinone per Nicolaum Spindaler* 1480. 4.

Caballero l. c. p. 11. *Eſt fortaſſe Eiusd. Tractat. de Regimine Principum.*

MCCCCLXXXI.

1. b. Joannis svlpitii Verulani de arte grammatica opuſculum compendioſum. *In fine:* Sulpitianum opuſculum verae Grammatices. *Impenſis atque diligentia Petri Michaelis civis Barcinone impreſſum: anno ſalutis Chriſti* 1481. *die* 16. *menſis Auguſti feliciter finivit.* 4.

Caballero l. c. p. 13. *Eſt fortaſſe Compendium Grammaticae Sulpitii Verulani.*

1. c. RAYMVNDI LVLLI Ars breuis. *In fine :* DEO DANTE Divinum opus Ars breuis Reuerendiſſimi Magiſtri Raimundi Lull. nuncupatum : *anno* 1481. *die* 12. *Septembris per Petrum Poſa Presbyterum & Petrum Bru* (*Brun?*) *ſocios, impreſſum Barchinone optime, fideliterque finivit.* 4.

Caballero l. c. p. 13.

1. d. Opuſculum Tantum Quinque, auctore RETRO SITIAR. *Barcinone* 1481. (4)

Caballero l. c. p. 13.

1. e. La Hiſtoria de Alexandro ſcrita de QVINTO CVRCIO RVFFO, dialecto Valentina, ex romano ſermone, interprete Ludovico de Fenollet : *Barcinone per Petrum Poſa Gotholaunum Presbyterum, & Petrum Bru Sabaudum ſocios* 1481. *fol.*

Caballero l. c. p. 13.

MCCCCLXXXII.

2. RAYMVNDI LVLLI Arbor Scientiae. *In fine :* Deo dante Arbor ſcientiae reverendiſſimi magiſtri Raymundi Lull preſens opus nuncupatum *in nobili civitate Barchinone per petrum poſa presbyterum cathelanum XXII. Auguſti anni MCCCCLXXXII. correctiſſime fideliterque completum fuit Deo gratias amen. fol.*

Opuſcoli di Autori Siciliani T. 20. *p.* 362. *Caballero l. c. p.* 14.

2. b. Vida y Tranſit de Sant JERONIM, dialecto gotholaunica. *In fine : Disponent Deu fon estampada aquesta obra en Barcelona l'any* 1482. *per Pere Posa.* 4.

Caballero l. c. p. 14.

2. c. Arithmetica di FRANCESH DE S. CLIMENT, dialecto Gotholaunica. *In fine : Stampada fon la present obra en Barcelona per Pere Poſa Prevere* (*i. e. Presbyterum*) *l'any* 1482. 4.

Caballero l. c. p. 14.

MCCCCLXXXIII.

2. d. D. BONAVENTVRAE Contemplatio, ſeu Meditationes Vitae D. Noſtri Ieſu Chriſti. *Barcinonae apud Petrum Michael* 1483. *fol.*

Caballero l. c. p. 15.

MCCCCLXXXIV.

3. ALPHONSI DE LA TORRE Viſion Deleitable &c. *In fine :* Migenzant la divina gracia vinguda es la fi de esser impressa la Visio delectable de Alfonzo de la Torre Bachaller *impreſſa en la ciutat de Barcelona a despeses de Mattheu Vendrell Mercader Ciutada de la dita ciutat lo disapte ſant de Pasqua a* 17. *del mes de Abril l'any de noſtra ſalut* 1484. *fol.*

Caballero l. c. p. 17. *Eſt verſio Gotholaunica ex ſermone Caſtellano forte.*

MCCCCLXXXVIII.

3. b. Logica Compendiaria RAYMVNDI LVLLI. *Barcinone per Petrum Poſa* 1488. 4.

Caballero l. c. p. 26.

MCCCCLXXXIX.

3. c. PETRI DE GVY Ville Montis Albani Presbyteri In artem magnam Lulli Tractatus. *Barcinone apud Petrum Poſa* 1489. 8.

Cabal-

Caballero l. c. p. 29. Alii nomen auctoris legunt GVIVILLE - rectius Caballero DE GVT Fuit iſte Presbyter et patria Monsalbanus.

3. Raymvndi lvlli Ianua artis. *Barcinone* 1489. 4.

MCCCCXCII.

3. e. Biblia parva. (Ita vulgo nuncupatur opus Divi Petri Paſchaſii ſuper Libris ſacris) *Barcinone* 1492.

Caballero l. c. p. 41.

MCCCCXCIII.

4. b. Liber Proverbiorum Revmi Magiſtri raymvndi lvlli. *In fine:* Liber Proverbiorum - *fuit impreſſum per me Petrum Michaelem in inſigni civitate Barchinone* 10. *Maii anno* 1493. 4.

Caballero l. c. p. 43.

4. c. Bonaventvrae Meditatio Vitae Domini Noſtri Ieſu Chriſti. *Barcinone per Petrum Miguel* 1493. *fol.*

Caballero l. c. p. 43.

4. d. Liber de officiis s. ambrosii *Barcinone per Petrum Miguel*, 1493. *fol.*

Caballero l. c. p. 43.

4. e. Theologia raymvndi lvlli. *Barcinone per Johannem Baro.* 1493. 4.

Caballero l. c. p. 43.

4. f. Francisci nigri opus de ſcribendis epiſtolis *Barcinone per Johannem Roſembach Alemannum* 1493. 4.

Caballero l. c. p. 43.

MCCCCXCIV.

5. b. Constitvtions fetes per lo Illuſtriſſimo y Sereniſſimo Señor Rey de Caſtella, de Arago &c. en la ſegona Cort de Cathalunya en Barcelona en lany 1483. *In fine:* Divina favente clementia finitum, ac terminatum eſt hoc opuſculum Conſtitutionum *in principaliſſima ac excellentiſſima civitate Barchinone Principatus Cathaloniae per Reverendiſſimum Magiſtrum Johannem Rosembach Alemanum de Haydelberch ſub anno domini* 1494. *die vero* 14. *mensis Februarii. fol.*

Caballero l. c. p. 46.

6. Consolat. *Incipit:* A gloria, e laor de Noſtre Senyor Deu Iesu Christ, e de laglorioſa Verge Mare ſua - per quant en lo libre de Consolat de trobaven moltes corrupcions yo Francesh Celelles - me ſo esforzat corregir le present libre etc. *Sequitur* capitum index, quo abſoluto: Segueixse lo libre de Consolat novamente corregit e ſtampat &c. *In fine:* Deo gratias. *Fon acabada de stampar la present obra a* 14. *de Julio del any* 1494: *en Barcelona per Pere Posa, prevere, e ſtampador. Abſoluto libro Conſulatus, qui continet foll.* 88, *Capita* 334. *ſuccedunt* aliquot tum Petri Regis Aragoniae decreta, tum Conſulum Barcinonenſium leges et alia ad rem maritimam ſpectantia. *foll.* 13. *fol.*

Caballero l. c. p. 49. *Praeceſſit ſine dubio editionem hanc recens correctam et impreſſam alia, quae forte illa eſt, quam ſupra p.* 152. *n.* 719. *excitauimus.*

Gg 2 6.

6. b. Lo Libre De Les Transformacions Del Poeta OVIDI (ſermone gotholaunico, interprete Franciſco Alegre) *In fine:* Acaben los quinze libres de transformacions del poeta Ovidi: e los quinze libres de allegories, e morals expoſicions ſobre ells: *estampats en Barcelona per Pere Miguel. Benaventuradamente en Espanya, e en los regnes d'Aragò regnant los inviƈtiſſims, e preclariſſims Don Fernando, e Donna Ysabel, any* 1494. *a.* 24. *de Abril. fol.*

Caballero l. c. p. 51.

MCCCCXCV.

8. b. De les Dones, ſeu Liber de foeminis, gotholaunice, auƈtore FRANCISCO EXIMENEZ, *Barcinone per Johannem Roſembach* 1495. *fol.*

Caballero l. c. p. 53.

MCCCCXCVII.

9. b. Liber Abbatis ISACH de ordinatione anime: *impreſſus Barchinone per Jacobum Gumiel Caſtellanum anno* 1497. 8.

Caballero l. c. p. 64.

MCCCCXCVIII.

10. BVLLAE Indulgentiarum Monachorum S. Benediƈti. *Barcinone per Magiſtrum Johannem (fortaſſe Rosembach) typographum.* 1498.

Caballero l. c. p. 69.

11. BVLLAE Indulgentiarum Monachorum S. Benediƈti. *Barcinone per Magiſtrum Miguel.* 1498.

Caballero l. c. p. 69.

MCCCCXCIX.

12. BONAVENTVRAE Meditationes vitae Chriſti. *In fine:* Finit opus de Meditatione vitae Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ſecundum Seraphicum Doƈtorem Bonaventuram *impreſſum Barcinone per Petrum Michaelem anno Dom.* 1499. *fol.*

Caballero l. c. p. 73.

MD.

13. SCALA Coeli, auƈtore FRANCISCO EXIMENES. *Barcinone* 1500. (*alii* 1501.)

Caballero l. c. p. 80.

SINE NOTA ANNI.

14. De amore dei & virtute iuſtitiae auƈtore FRANCESCO EXIMENES. *Barcinone typis Caroli Amoros* (*Moros*) *Sine nota anni.* 4.

Caballero l. c. p. 84.

XX. BASILEAE.

MCCCCLXXVII.

8. BIBLIA LATINA - *In fine Apocalypſeos: Impreſſum per me bernardum richel MCCCCLXXVII. &c. fol.*

De hac Bibliorum editione cf. Catalog. Biblioth. S. R. Krohnii Paſt. Hamb. p. XV. ſq. in p. XXV. ſq. Aſſertioni cl. Schotti, quae ibidem p. XXVI. affertur, ſubſcriptionem non impreſ-

impreſſam, ſed manu miniculatoris rubro colore additam eſſe, aſſenſum meum praebere nequeo. In exemplo, quod ego olim poſſidebam, certiſſime impreſſa erat haec ſubſcriptio. Sic et Cl. Reuſs, qui exemplum, quod extat in Biblioth. Tubing. deſcripſit, hanc ſubſcriptionem, tanquam a typographo impreſſam, affert. Cf. Eiusd. Beſchreibung merckw. Bücher &c. p. 92.

MCCCCLXXVIII.

17. b. Fr. MICHAELIS (DE CARCHANO) Mediolanenſis Sermonarium tripartitum. *Baſileae per Michaelem Wenſsler* 1478. *fol.*

Biblioth. Rottenb. Eſt fortaſſe ann. 1479?

18. Vocabularius BREVILOQVVS dictus, *autore Joanne Reuchlino* (*qui in praefatione, quam praemiſit Rudimentis ſuis hebraicae linguae, affirmat, ſe Breviloquum anno aetatis ſuae XX ſcripſiſſe, ſeu collegiſſe*) *Baſileae* 1478. *fol.*

18. b. BREVIARIVM Eccleſiae Baſileenſis. *Baſileae MCCCCLXXVIII. fol.*

Extat Romae in Angelica. Ex litteris Cl. I. B. de Roſſi.

MCCCCLXXXI.

33. JOHANNIS DE TVRRECREMATA Materia aurea - Flos theologiae nuncupata. *Fol.* 1. *a.* Incipit tabula queſtionum. *Fol.* 6. *b. Sequitur* tabula de ſanctis. *Fol.* 10. *b.* Queſtiones euangeliorum tam de tempore quam de ſanctis collecte per Reuerendum dominum Johannem de turre cremata epm Sabinen. ſancte Romane eccleſie Cardinalem ſancti Sixti incipiunt feliciter. *In fine fol.* 247. *b.* Excellens opus Domini Johannis de turrecremata - queſtionum digniſſimarum - circa textus Epiſtolarum - quod propter ſui excenlletiam (ſic) flos theologie meruit nominari. *Per Eberbardum fromolt* - conſummatum eſt. *fol.*

Biblioth. Rottenbuch.

MCCCCLXXXVI.

57. b. JVSTINIANI Inſtitutiones cum apparatu. *Baſileae per Michael Wensler* 1486. *fol.*

Catal. Biblioth. Thott. Tom. VII. p. 67.

MCCCCLXXXVII.

82. b. GAVFRIDI DE TRANO Summa ſuper titulos decreti cum introductione in titulos Iuris. *Baſileae per Nicol. Kesler* 1487. *fol.*

Bibl. Buxheim.

MCCCCLXXXVIII.

86. b. Litterae INDVLGENTIARVM INNOCENTII VIII. datae ſub ſigillo Raymundi peraudi ſacre pagine profeſſoris Archidiaconi Alnienſ. in eccleſia ſedis apoſtolicae prothonotarii die (quinta) Menſis (aprilis) Anno dni M.CCCC.LXXXVIII. (Gelae Kegelmann de terna regula Sancti franciſci). *Vocibus circello incluſis manu inſcriptis. Char. goth. minor. Richelii, in Membrana folio unico* 4. *oblongo.*

Extat in Biblioth. Cl. Ioſchii.

MCCCCLXXXIX.

121. Dialogus Mag. PAVLI NIAVIS. *In fine*: Latinum idioma magiſtri Pauli Niauis. breui hoc dialogo. compendioſe editum. Primis ſcholarum alumnis perutiliſſimum. *Impreſſum Baſilee Anno Coriſti* 1489. 15. *vero Kalend. menſis Junii.* 4.

Collect. amici.

MCCCCXCIV.

174. b. De Nuntio Angelico Ad philippum Comitem palatinum. Heroicum Ad Ludovicum eius primogenitum Elegiacum JACOBI V. (Vimphelingii) Sleſtatini. *In fine:* 1.4.9.4. *NIHIL SINE CAVSA. I. B. Ergo Baſileae per Joh. Bergmann de Olpe. Char. rom. foll.* 8. 4.

Hupfauer l. c. p. 163. *Biblioth. Rottenbuch.*

MCCCCXCVII.

210. Theologica emphaſis - cum ſex centum verſibus Jacobi locher philomuſi. Imago xylogr. 1496. *Nihil ſine cauſa. I. B. Haec in fronte. In fine: Inſigne typogr. Joh. Bergmann de Olpe. Char. rom. foll.* 26. 4.

Biblioth. Ioſch.

224. b. JOHANNIS DE LAPIDE Reſolutorium dubiorum circa celebrationem miſſae. *Baſileae per Jacobum de Pforzen* 1497. 8.

Bibl. Buxheim.

224. c. FELICIS HEMMERLIN ſeu Malleoli, variae oblectationis opuſcula *Baſileae* 1497. *fol.*

Maitt. p. 637. *Bibl. Erlang.*

MCCCCXCVIII.

226. HOMELIARIVS DOCTORVM. *Haec in fronte fol.* 1. *a. cum tabula xylographica, quae coetum ſanctorum cum ſcriptoribus homiliarum repraeſentat. Fol. eod.* Epiſtola Joannis Volrici Surgant ad typographum. *Fol.* 2. *a.* Opus preclarum omnium omeliarum et poſtillarum venerabilium et egregiorum doctorum: Hieronymi: Ambroſii: Auguſtini: Gregorii: Origenis: Johannis epiſcopi dicti Chryſoſtomi atque Bedae presbyteri: integraliter ſuper euangelia dnicalia de tempore et de ſanctis per totius anni circulum - incipit feliciter. *In fine:* Preclarum Omeliarum opus: plurimorum ſanctorum - *in mercuriali Nicolai Keſſler officina Baſilee impreſſum (Imperante illuſtriſſimo Maximiliano rege Romanorum inuictiſſimo) - Anno incarnationis dñice: Milleſimo quadringenteſimo Nonageſimo octauo decimo Nonas Auguſti. Finit feliciter. Inſigne typogr. Char. goth. cum ſign. col.* 2. *fol.*

Bibl. Capit Sebald. Foſſi l. c. T. I. p. 800. *ſq. Excitatur paſſim in Cl. Schoenem. Bibl. hiſtor. litter. Patr. latin. u. g. T. II. p.* 622. *& p.* 900. *homeliarii huius editio Baſilienſis ann.* 1496 *Nic. Kesleri. Num praeter hanc et illam anni* 1493, *et haec a.* 1496. *adſit, neſcio.*

232. ALEXANDRI (DE VILLADEI) Doctrinale. *In fine Partis primae:* Explicit feliciter *Impreſſa Baſilie (ſic) per Jacobum de Pfortzen Anno a natiuitate xpi M.CCCC. XCVIII. In fine Partis ſecundae: Impreſſa Baſilee per Jacobum de Pfortzen Anno*

nati-

nativitatis dominice Milleſimo quadringenteſimononageſimooctavo. Char. goth. cum fig. xylogr. en fronte. 4.

Biblioth. Ioſch.

234. Methodivs - *Sequitur figura ligno inciſa &c. Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol. eod. b.* Ad venerandum religioſumque fratrem Johannem meder ordinis ſancti franciſci minorum de obſervantia in Baſilea publicum concionatorem. Sebaſtiani Brant In beati methodii reuelationem prefatio. Poſt Methodii revelationes. *Fol.* 29. *a.* Incipit tractatus ſuper Methodium qui in ſe continebit quinque capitula quorum primum eſt de poſſeſſione terre ſancte - *In fine fol.* 68. *a.* Tractatus continens in ſe quinque capitula de fine quinti flagelli eccleſie ſuper textum diuinarum reuelationum beati Methodii martyris - hic completur laborioſa cura et ingenio Wolfgangi Aytinger clerici ac incole Auguſtinen. vindelicorum artium magiſtrum - pro quo fideliter orate.

Omnipotens genitor qui verbo cuncta creaſti &c.

Finit Baſilee per Michaelem Furter opera et vigilantia Sebaſtiani Brant Anno. 14.8.9. *Nonis Januariis. Char. goth. cum figg. lign. inciſ.* 4.

Biblioth. Ioſch. Veithii Bibl. Auguſtan. Alph. IV. p. 145.

240. Avrelii brandolini Lippi de ratione ſcribendi Libri III. &c. *Cf. Cl. Denis Nachtrag p.* 61. *ſq. ubi de exiſtentia huius editionis dubitatur, et editio Dialogi de vitae humanae conditione Viennenſis anni* 1541. *excitatur. Libros III. de ratione ſcribendi edidit prima vice Sebaſtianus Corradus, uti ex dedicatione patet, quae in editione Baſileenſi* 1565. *repetita legitur, circa annum* 1545. *Data eſt enim dedicatoria pridie Non. Martii MDXLV. Regio Lepidi. Paradoxorum extat editio Baſil.* 1543. 8.

SINE NOTA ANNI.

268. b. Joannis nyder Expoſitio Decalogi ſeu Praeceptorium diuinae legis. *Praecedit* Index alphabeticus cum Regiſtro Capitulorum *foll.* 28. *Fol.* 29. *a. col.* 1. Incipit prologus in expoſiconē decalogi ſcd'm frem Johannē Nider. ſacre theologie pfeſſorem o'dinis pdicatorū. *Col.* 2. Incipit pceptoriū dine legis Capitulum primum. *In fine fol.* 329 *col.* 2. amen. Explicit preceptorium diuine legis. Fratris Johannis Nyder ſacre theologie profeſſoris eximii ordinis predicatorum. Conuentualis Nurenbergenſis : : *Char. goth. eod. Bertholdi, ſine ſign. cuſt. & foll. num. col.* 2. *lin.* 37. *fol.*

Biblioth. Rottenbuch.

268. c. Digestvm novvm ſeu Pandectarum Liber XXXIX - L. cum Gloſſa. *Fol.* 1. *a. col.* 2. *Textus incipit ſub rubro:* Domini iuſtiniani ſacratiſſimi pncipis ppetui ſemp auguſti iuris enucleati ex oi vete'i iur collecti digeſto ꝛ ſeu pandectarum incipit lib'. XXXIX. Gloſſa incipit; Incipit liber. XXXIX. digeſtorum et primus huius. Ru. *Fol.* 408. *b. col.* 4. *finitur opus et vltima verba gloſſae lin.* 30. *ſunt:* barbarius. ac. *Fol. ult.* 409. *a. extat in* 4. *col.* Regiſtrum chartar. *Textus charactere gothico maiori, eoque quidem, quo Bertholdus uſus eſt, Gloſſae minori exaratae ſunt. Danda ergo eſt haec editio huic typographo. Sine ſign. cuſt. & foll. num.*

Extat exempl. in Biblioth. Rottenb. Cf. Seemiller IV. p. 152. *Denis Suppl. p.* 553. *n.* 4785. *Digeſtum Novum.*

268.

268. d. Rayneri de pisis Pantheologiae Tomi II. *Praecedit triplex tabula foll.* 29. *Fol.* 30. *a.* incipit praefatio Jacobi Florentini, *quam ſequitur alius* Prologus. *Fol.* 31. *col.* 1. *lin.* 16. *opus ipſum incipit ſic :* Que ſit cauſa effectiua abſolutionis. Capitulum. Primum. *In fine Vol. primi fol.* 430. tabula materiarum Litterae I. *Vol. ſecund. fol.* 1. *col.* 1. *incipit ſic:* Q modis contingit laudare deum. *Fol.* 418. *col.* 3. *lin.* 31. *finitur materia litterae Z. Sequitur breuis indiculus capitulorum absque ulla finali nota. Char. goth. minori eoque quo Bertholdus gloſſas praecedentis Digeſti novi impreſſit. Sine ſign. cuſt. & foll. num. lin.* 60. *fol. mai.*

Extat exemplum in Biblioth. Rottenb.

268. e. Jacobi janvensis Legenda Sanctorum. *Fol.* 1. *a.* Incipiunt interpretationes Hebraicorum nominum. *Haec typis maiuſculis. Fol.* 40. *col.* 1. Incipit tabula ſuper legendas ſanctorum ſecundum ordinem alphabeti collecta. Et primo pmittit prologum qui oſtendit modum reperiendi materias - - prologvs. *Fol.* 47. *col.* 3. *lin.* 39. Finit tabula feliciter. *Fol.* 48. *col.* 1. Incipit prologus ſuper legendas ſanctorum quas compilauit frater Jacobus ianuenſis natione de ordine fratrum pdicatorum. *Fol.* 49. *col.* 1. Incipiunt legende ſanctoꝝ &c. *Fol.* 222. *col.* 1. *lin.* 49. Paſſio ſancte Barbare virginis. *Finitur haec legenda fol. eod. col.* 3. *lin.* 5. *In fine :* Finit aurea legenda alias hyſtoria longobardica vocitata! feliciter. *Char. eod. goth. min. Bertholdi, ſine ſign. cuſt. & pagg. num. lin.* 61. *fol. mai.*

Extat exemplum in Biblioth. Rottenb.

270. Biblia latina, a diuerſis typographis impreſſa. *Uberiorem notitiam huius editionis dat Cl. Foſſius in Catal. Biblioth. Magliabech. Tom. I. p.* 320. *ubi ſpecimina typorum utriusque Partis aeri inciſa exhibentur.*

271. Biblia latina. *Prima eſt haec editio Bibliorum latinorum, quae Bernh. Richel typis ſuis expreſſit. Secunda eſt anni* 1475*; tertia anni* 1477*. Cf. Annal. Vol. I. p.* 146. *n.* 3. *& p.* 147. *n.* 8.

276. b. Jacobi de voragine Hiſtoria Lombardica. *Char. eod. ſine ſign. cuſt. & foll. num. Cf. Annal. Vol. IV. p.* 111. 1306. *fol.*

Biblioth. Capit. Sebald.

292. b. Incipit ſumma ſeu op9 de virtutibus vilhelmi epiſcopi lugdunenſis necnon ordinis frm p'dicatoꝝ. prologus. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine :* Tractatus virtutum explicit. Benedict9 domin9 virtutũ q'incipit et perficit Amen. *Char. goth. Wensleri ſine ſign. cuſt. & foll. num. lin.* 43. *foll.* 222. *fol. min.*

Gras p. 230. *Editio, uti uidetur, diuerſa.*

294. Wilhelmi Epiſcopi Lugdunenſis Summa de vitiis - *lin* 4. Vilhelmi - *lin.* 5. lugdunenſis. *Sic in exemplo, quod poſſidet Ill. Heidegg. Cf. Foſſi l. c. T. II. p.* 295. *Eiusmodi exemplum etiam extat in Bibl. Cl. Ioſchii.*

295. Probae falconiae Cento Virgilianus. *In fronte fol.* 1. *a. lineis* 7 *:* Iſidor9 in cathalogo illuſtriũ viroꝝ. Proba uxor adelphi ſmeia, inter viros eccleſiaſticos poni ſolita. pro eo q in laude xpi verſat'. Cõponẽs centonẽ de xpo, virgilianis coaptauit verſicl'is. Cui9 qdẽ nõ miram' ſtudiũ, ſed laudam9 ingeniũ. Quod tamen opuſculũ legitur, inter apocrifas ſcripturas inſertum. Et bene vtrũmq; vetus et nouum complectit' teſtamentum. *Fol. eod. lin.* 8. *incipiunt Centones ſic:*

(I)Am

(I)Am dudũ temeraſſe duces pia federa pacis.
In fine fol. 12. b: Explicit virgilio cẽtona probe cuiꝰ homerocẽtonã nõ habet latinitas ſic (ſicut) in virgilio cẽtonam eius nõ het (habet) gretia, ſtuduit enĩ utranqꝫ gentẽ ad fidẽ catholicã. Inuitare p'or documĩtis auto4. *Char. goth. Mich. Wensler & Fried. Biel, ſine ſign. cuſt. & foll. num. lin. 30. fol.*

Collectio noſtra.

304. b. Tractatus de ARTE ORATORIA. *Haec in fronte fol. 1. a. In fine:*
Orator quicunque voles difertus haberi
Dogmata noſtra legas: utere et ingenio.
Char. Job. Amerbach. foll. 8. 4.

Hupfauer l. c. p. 249.

305. b. Annotationes ſiue reportationes MARGARITARVM omnium decretalium ſcd'm alphabeti ordinem. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. eod. b. Sebaſtianus Brant Nicolao Keſsler ciui Baſileeñ ſalutẽ.*
Multiplices cernis iuris ſtudioſe libellos
Quos impreſſorum preſtitit arte labor &c.
Et tibi precipue Keſsler Nicolae: feretur
Gloria magna bonos qui premis vſque libros:
Conſule te gaudet Baſilea et cive probato:
Te duce ſperamus plurima ſcripta: Vale.
Char. goth. cum ſign. col. 2. fol.

Editionem hanc diuerſam ab illa, quam n. 305. ex Braunii notitia II. p. 12. in form. 4. excitavimus, affert Hupfauer l. c. p. 246.

312. CVRA PASTORALIS pro ordinandorum tentamine collecta. *Haec in fronte cum figura ligno inciſa. In fine fol. 19. a.* Finit feliciter. *Impreſſum Baſileae. Char. goth. Mich. Furter cum ſign. 8.*

Hupfauer l. c. p. 249.

XXI. BERGOMI.

MCCCCLXXVII.

1. GVGLIELMI PAIELLI Laudatio &c. *Cf. Annal. Vol. III. p. 511. n. 27. Audiffr. Specim. p. 9.*

MCCCCXCVIII.

2. Chirurgia GVIDONIS. *Cf. Annal. Vol. III. p. 429. n. 2307.*

XXII. BERONAE.

SINE NOTA ANNI.

6. Oratio lamentabilis egregii doctoris Dni JOHANNIS SAVAGETI &c. *Cf. Annal. Vol. II. p. 521. n. 620.*

7. Tractatus qui VIATOR inſcribitur. *Cf. Annal. Vol. IV. p. 231. n. 214. b.*

BONONIAE.

MCCCCLXV.

1.* PETRI BRIXIENSIS Repertorium utriusque Iuris. *In fine Partis primae, quae terminatur Littera E:* Explicit prima pars repertorii famoſiſſimi utriusque iuris doctoris domini petri epiſcopi briſienſ. FINIS. *In fine Partis ſecundae, quae terminatur littera O.* FINIS. *Bonoie die XV. May. In fine Partis tertiae et ultimae:*

Laus et gloria imortali deo in ſecula ſeculorum amen. Repertorium utriuſque iuris reverendi patris domini petri epiſcopi briſienſis ſumma cum vigilia ac diligentia in collegio dominorum iſpanorum correptum *bononieque hac mira arte impreſſum año dni MCCCC.LXV. die VIII. novembris. fol.*

Extat haec editio in Biblioth. eccleſ. cathedral. Bergomenſis. Retulit illam noviſſime Cl. Maurus Boni in Quadro critico tipographico p. LXIX. in confirmationem mendoſae ſubſcriptionis anni 1461. *Decoris Puellarum, Venetiis per Nic. Jenſon impreſſi. At ex teſtimonio Cl. Camilii Aleardi Canon. & Bibliothecarii huius eccleſiae, quod affert Audiffr. l. c. p.* 407. *patet, annum hunc MCCCCLXV. doloſe per fraudulentam raſuram adulteratum fuiſſe. Et ſi eſſent adhuc, qui integritatem huius teſtimonii in dubium vocarent, certo certius tamen eſſe cenſeo, annum hunc LXV. culpa typographi erroneum, proque eo forte LXXV. legendum eſſe. Prodiiſſe enim ante annum* 1480. *Bononiae editionem huius Repertorii, ex ſubſcriptione editionis Lugdunenſis anni* 1480. (*Cf. Annal. Vol. I. p.* 533. *n.* 20.) *diſcimus. Quodſi praeterea nemo dubitabit, annum impreſſionis MCCCCLXII, qui in ſubſcriptione editionis Bononienſis Coſmographiae Ptolemaei* (*Cf. Annal. Vol. I. p.* 215. *n* 80.) *legitur, mendoſum eſſe, nullam video rationem de errore à typographo in deſignando anno impreſſionis huius Repertorii commiſſo, dubitandi.*

MCCCCLXXI.

1. OVIDII Opera - *Poſt foll.* 3. *priora, quae Puteolani epiſtolam dedicator. & Vitam Poetae continent, ſequitur fol.* 4: Tabula earum rerum que ſunt in hoc volumine Epiſtola franciſci puteolani ad reuerendiſſimum cardinalem franciſcum gonzagam manthuanum: *Poemata.* Eiusdem vita P. O. Naſonis. *P. Ovidius.* P. O. Naſonis epiſtolarum liber. *Hanc tua.* Sapphos eiusdem. *Num quid.* P. O. Naſonis amorum libri tres. *Qui modo.* P. O. Naſonis ad iuuentutem rhomanam de arte amandi libri tres. *Si quis.* Eiusdem de remedio amoris liber. *Legerat.* P. O. Naſonis metamorphoſeos libri XV. *In nova.* Eiusdem invectiva in ibim. *Tempus.* P. O. Naſonis ad germanicum ceſarem faſtorum libri ſex. *Tempora.* Eiusdem de triſtibus libri quinque. *Parve.* Eiusdem de Ponto libri quatuor. *Naſo.* De pulice. *Parve pulex.* De Philomela. *Dulcis.* P. O. Naſonis de medicamine faciei. *Diſcite.* Carmen de Nuce. *Nux. Char. rom. ſine ſign. cuſt. & foll. num. fol.*

Audiffr. Specim. p. 405.

MCCCCLXXII.

2. b. (I)Comenza Vno cōfeſſionale Vulgare delbeato ANTONINO da fiorenza delordine de frati predicatori Arziueſcouo fiorentino. El qual ſe intitula. EL SPECHIO DE confiētia: & e molto degno e utile a chi lo guſta. e deſidera a ſaluarſſe. Exor-

Exordio. Li Capitoli o ſia articole principali &c. *Fol.* 3. *a. opus ipſum incipit ſic:* (O)MNIS mortalium cura &c. *Accedit* Tractatus DE EXCOMVNICATIONE. *In fine:*

BONONIE IMPRAESSVM

.M. CCCC. LXXII.

Char. rom. ſine ſign. & foll. num. Ad finem cuiusuis plagulae vox, quae ſequentem incipit ad marginem interiorem perpendiculariter poſita. Forte primus liber, qui cuſtodes habet, ſaltem cum expreſſa nota anni. Caeterum editio haec a praecedenti ſine dubio diverſa eſt. 8. *mai.*

Extat exempl. in Biblioth. Heidegg. Omiſit hanc editionem Audiffredi.

MCCCCLXXIII.

8. b. ALEXANDRI Imolenſis cognomento TARTAGNI Comment. in ſecundam Digeſti veteris partem, curante Achille Tuvato et cum Epiſtola Franciſci Puteolani (Editoris Opp. Ovidii) ad eundem. APOSTILLE ſeu additiones ſecunde partis ff veteris ad Bar. excellentiſſimi utriuſque iuris doctoris domini ALEXANDRI DE IMOLA &c. *In fine:* Excellentiſſimi iuris pontificii Ceſareique monarce. D. Alexandri de Imola: additiones ad Barto. *aenis* (*ſic*) *formis: per Andream Portiliam Bononie diligentiſſime poſite ſunt XII. Calēdas Januarias M. CCCC. LXXIII. FINIS. Char. rom. ſine ſign. cuſt & foll. num. col.* 2. *lin.* 55. *fol. mai.*

Audiffr. Specim. p. 21. *Andreas Portilia Parmenſis impreſſit eodem anno Pridie Nonas Martii Parmae Triumphos Petrarchae. Portiliam ergo poſt abſolutam Petrarchae editionem, ſeu impreſſionem, Bononiam, urbem non longe diſſitam, ſe contuliſſe, ibique ante eiusdem anni finem Tartagni volumen ſuis typis excudiſſe, probabile eſt.*

MCCCCLXXIV.

12. GVILIELMI DVRANTI Speculi Iuris cum additionibus, partes quatuor. *In fine primae:* Finitur prima pars ſpeculi Guilermi Duranti: cum additionibus Johannis Andree ſuo loco ubique poſitis. et Baldi. bonoñ. *impſſa per egregium uirum Balthaſarem de azoguidis ciuem bonon. Anno dñi. M. CCCC. LXXIIII. die quinta Januarii. In fine ſecundae:* Explicit ſecunda pars ſpeculi Guiller. duranti cum additionibus Joannis andree ſuo loco poſitis nec non cum additionibus Baldi. *Impreſſum Bononie in officina Baldaſſaris azoguidi ciuis Bononie. Anno dni M. CCCC LXXIIII. die. XXI. Maii. In fine tertiae:* Finitur tertia pars ſpeculi Guillielmi duranti cum additionibus Johannis andree ubique poſitis *Bononie impreſſa per egregium ciuem Bononienſem Balthaſarem de Azzoguidis, ſine anni nota. In fine quartae partis: Impreſſum Bononiae in officina Baldaſaris azoguidi ciuis bononienſis. Anno dni M. CCCC LXXIIII. die. XXI Maii. fol.*

Audiffr. Specim. p. 27.

13. MATTHAEI SYLVATICI Pandectae Medicinales. *Alia, eaque certior huius anni editio extat, typis quidem Joannis Vurſter de Campidona, quam Audiffr. Spec. p.* 23. *excitat, ibidemque Bononienſibus accenſet, ideo quidem, quia ibidem per Matthaeum Moretum emendatum fuerit. At nunquam artificem hunc Bononiae impreſſiſſe, veriſimile eſt. Dedimus illam Mantuae* (*Vol. II. p.* 4. *n.* 7.) *Ibidem Joannes hic Vurſter* 1472. *impreſſit. Ab aliis vindicatur haec editio Mutinenſibus. Saxius dedit illam*

Mediolano, quam ſententiam Audiffredus diſputatione ſatis prolixa refellere ſtuduit. Recte quidem, ut puto.

13. Manilivs - aratvs. *In fronte fol. 1. a. legitur titulus maiuſculis litteris:* MARCI MANLII (*ſic*) - ASTRONOMICON AD CAESAREM AVGVSTVM LIBER PRIMVS. *Finito poemate ſequuntur foll. 2. in quorum primo quaedam habentur de ipſo Manilio eiusque Opere auctoris innominati, cum indice capitum librorum eiusdem. In ſecundo recto index figurarum ponendarum ſub quouis capitulo Phaenomenorum Arati, qui ſic incipit:* In fine huius primi capitis ponitur iuppiter ſuper aquila: *pro quibus figuris ponendis ſub quouis capitulo ſpatium vacuum relictum eſt. Hae tamen figurae in exemplis, ut ueriſimile eſt, omnibus, deſunt. Ad calcem Phaenomenorum Germanici Prognoſticon, quod incipit:* Aethereum venit taurus ſub imbribus atrum, *et deſinit:* Haec eadem tibi ſigna dabunt non irrita piſces. *Tandem ſubſcriptio. fol. min.*

Foſſi l. c. T. II. p. 143. Audiffr. Specim. p. 28. ſq.

MCCCCLXXV.

28. Ieſus: Maria: dominicus. proemio. (I)Ncomenza uno tractato uulgare o ſia confeſſionale compoſito per lo reuerendiſſimo padre Beato frate antonino de lordine de frati predicatori arziueſchouo de fiorenza. Elquale ſe intitula medicina de lanima Et e diuiſo in cinque parte principale. Ne la prima parte de li dieci comandamenti. Ne la ſecunda de li ſette peccati mortali. Ne la terza de li ſacramenti de la chieſa: Ne la quarta ſe tracta de la uirtu exonāte lanima. Ne la quinta ſono poſte le excommunicatone de la leze. Queſto libro e neceſſario a la ſalute de ogniuno: Ma maxime fu facto per quelli che hanno cura de anime &c. *In fine partis quartae:* *BONONIE IMPRESSVM ANNO. M.CCCCLXXV. Char. rom. cum foll. num. 4.*

Audiffr. Specim. p. 31. ex Biblioth. Nic. de Roſſi. Editio haec ad praecedentem anni 1472. n. 2. expreſſa eſt. Loco tamen reclamantium perpendicularium habetur fol. 1. b. regiſtrum foliorum. In fine adiunctae ſunt binae latinae orationes; decem decalogi praecepta & fidei ſymbolum italicis verſibus reddita; tabula rerum in opere contentarum.

MCCCCLXXVI.

33. Martii galeotti Refutatio &c. *Char. eodem aſt veteri et detrito impreſſit Dominicus Lapus Ptolemaei opus, quod annum impreſſionis MCCCCLXII. habet. Opus hoc Galeotti nec ſign. nec num. folior. nec cuſt. habet, quibus omnibus Ptolemaei opus inſtructum eſt. Character in hoc opere novus et illaeſus eſt. Patet ex his Ptolemaeum a Dominico Lap'o cum nota anni 1462 impreſſum, multo infra annum 1476 deiiciendum eſſe. Audiffr. Specim. p. 35.*

MCCCCLXXVII.

36. b. Bartoli de saxoferrato ſuper ff. novi. *In fine:* Bar. ſuper 2. ff. novi ſuam quam fecit lecturam hic finiri voluit. que quidem: cum emendatione. optima. poſt Venetam atque Parmenſem impreſſionem *opera et induſtria Dominici a lapis impendio tamen Sigismondi a libris civium bononienſium nuper bononie impreſſa fuit*

anno

66. R. DAVID KIMCHI Liber Scarascim ſeu hebraicarum radicum. *Exemplum quod poſſidet Cl. de Roſſi, incipit a praefatione, ſed ex ſignatura, quae ad calcem apponitur, patet folium aliud praecedere debere, vel album, vel quod titulum contineat.* Initium huius praefationis ac ſingulae radices charactere expreſſae ſunt maiori, minori textus editionis, rabbinico ad marginem Bibliorum libri vel loci, unde deſumuntur exempla. *In fine correctoris R. Latef* admonitio de ſacris nonnullis verſibus a Kimchio productis, qui nullibi reperiuntur in ſacra ſcriptura. *Tandem: Quod ita ſe habere capto experimento lectores omnes dignoſcent et intelligent. Inquit minimus Samuel fil. R. Meir Latef, quem Deus cuſtodiat, hic Neapoli menſe ellul an. CCL. minoris ſupputationis (Chriſti MCCCCXC.) foll.* 144. *fol.*

De Roſſi l. c. P. I. p. 76.

66. b. PSALTERIVM, JOB et PROVERBIA. *Incipit fol.* I. *b. a Pſalmo primo ſine titulo*, cuius vicem gerit vocabulum ASCHRE maioribus litteris hebr. excuſum. *Textum in hac pagina ligneus ornatus circumdat, ramuſculis ac floribus contextus, qui angelum, ſagittam adverſus pavonem vibrantem, infra vero binos alios, hinc inde vacuum ſtemma cuſtodientes exprimit. Pſalmi in V. libros dividuntur et numerantur. In fine: Abſolutum opus perpulchrum hic Neapoli feria* I. *die XXIX. menſis chislev anno Niſi Dominus fuiſſet nobiscum, dicat (CCLI) nunc Iſrael (Pſal. CXXIV.* I.) *recurrente ſectione legis: ut ponat vos reſiduum in terra, ſeu ſuperſtites. et vivificet vos in evaſionem magnam. Gen. XLV.* 7. *(Dies illa menſis chislev incidit in decembrem anni noſtri exeuntis MCCCCXC; ideo ad hunc annum referenda eſt haec editio) Sequitur* elenchus Pſalmorum. Librum Pſalmorum, qui primum ſeorſim videtur expreſſus, *excipiunt* Job et Proverbia, *absque ullo titulo, ornatu et epigraphe. Char. quadrat. hiſpanic. cum punctis & accentibus, ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 123. 4. *min.*

Unicum huius editionis rariſſimae adhuc notum exemplar poſſidet Cl. de Roſſi. Cf Eiusd. l. c. P. I. p. 79. *Danda eſt haec editio iis ex Soncinatibus, qui circa hoc tempus Neapoli impreſſerunt. Cf. infra n.* 70. *Pentateuchus &c.*

MCCCCXCI.

67. JOANNIS JOVIANI PONTANI DIALOGVS QVI CHARON INSCRIBITVR. MINOS AEACVS INTERLOCVTORES. *Haec in fronte fol.* 2. *a cum ſign. a.* II. *(Folium* I. *vacuum eſt) In fine fol.* 40. *a.* JOANNIS JOVIANI PONTANI DIALOGVS QVI INSCRIBITVR CHARON FINIT FELICITER. *Fol.* 41. *a. cum ſign. ſi. incipit:* JOANNIS JOVIANI PONTANI DIALOGVS QVI ANTONIVS INSCRIBITVR. HOSPES SICVLVS COMPATER NEAPOLITANVS. *In fine fol.* 105. *a.* JOANNIS JOVIANI PONTANI DIALOGVS QVI ANTONIVS INSCRIBITVR FINIT FELICITER *IMPRESSVS PER MATHIAM MORAVVM ANNO. M.CCCC.LXXXXI. VLTIMA DIE JANVARII. Char. rom. cum ſign.* 4. *mai.*

Collectio noſtra.

69.

69. R. DAVID KIMCHI Liber Scaraſcim ſeu Radicum. *Incipit altera folii pagina eo prorſus ornatu circumſepta, qui extat ſub initium Commentarii Nachmanidis anni* 1490. *Titulus, qui praefationi praefigitur, et initialia huius vocabula typis excuſa ſunt quadratis maioribus, ut et ſingulae radices, minoribus earum expoſitio et textus, rabbinicis libri ac ſectiones, unde loca deſumuntur, non ad marginem, ut in editione anni* 1490 *fit, ſed in contextum ipſum inſertae. Ad calcem* fuſa epigraphe, *in cuius fine: Abſolutae ſcil. hae Radices, hic in urbe Neapoli feria V. die* I. *menſis adar (Febr.) anno ab orbe condito quinquies milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo (Chriſti MCCCC XCI.) Accedit* unius folii appendix. *Col.* 2. *lin.* 45. *foll.* 168. *fol. min.*

Editio haec, ab altera Neapolitana quam maxime diverſa, extat in Biblioth. Cl. de Roſſi. Cf. Eiusd. l. c. P. I. p. 80. *Chriſtianorum ac religionis vocabula, quae in praecedenti editione fuerunt ſuppreſſa, in hac ſunt reſtituta.*

70. PENTATEVCHVS cum Iarchii Commentario, V. Meghilloth, ſeu Cantico Canticorum, Ruth, Threnis, Eccleſiaſte et Eſther, Aphtaroth, ſeu Propheticis lectionibus et Antiochi Volumine. *In fronte caelatura, quae ſerta, infra vero alatum puerum et cervo inſidentem, eiusque cornua manu tenentem ac vacuum ſtemma repraeſentat. Prima dictio Bereſchith maiuſculis litteris expreſſa, eodemque ornatu circumſepta eſt; ſic et initiales aliorum librorum, excepto unico Deuteronomio, maiuſculis litteris conſtant. Sectionum exordia charactere exarata maiori, quadrato minori, hiſpanico, ſacer textus, rabbinico tandem Commentarius, qui ad exterius latus, vel in ima pagina collocatur. In fine Pentateuchi leguntur verſus:* Dilecte mi popule, vel Iſraelitae, qui elegiſtis in portionem Legem Dei in monte Sinai datam, Elevate manum veſtram, ut ſuſcipiatis hoc munus Cum Commentario eius qui pandit abſconditum. Videte num ſit in orbe ſimile ei exemplar, Accurate adeo elaboratum et intelligenter. *Interroganti cuius ſit hoc opus, reſpondete illi, filii Soncini diſpoſuerunt me. Urbi Neapolis anno CCLI. (Chriſti MCCCCXCI.) adſcribatur. Erudiat eam Deus et Rex eius in cantu vel laetitia. Pentateuchum excipiunt* V. Meghilloth, *binis columnis diviſae, deinde* Aphtaroth *ac poſtremo* Antiochi Volumen. *Paginae habent titulos et ſignaturas, ſacer text. lin.* 28. *in Meghilloth* 29. & 30. *fol. min.*

Extat exemplum in Biblioth. Cl. de Roſſi. Cf. Eiusd. l. c. P. I. p. 82. *ſqq. Filii Soncini, quorum in ſubſcriptione mentio fit, ii ſunt ex Soncinatibus, qui ea aetate Neapoli typographiam erexerant et libros excudebant, videlicet Joſuas Salomon Soncinas, qui anno* 1492 *Miſchnae editionem vulgauit, cui etiam editio Pſalterii, Jobi & Proverbior. anni* 1490. *danda eſt. Vid. p.* 378. *n.* 66. *b.*

70. b. AVICENNAE Canon ab anonymo hebraice verſus. *Tribus hoc opus conſtat Voluminibus, quorum primum binos priores continet libros foll.* 143; *ſecundum librum tertium, foll.* 194. *tertium poſtremos duos, foll.* 141. *Praecedunt foll.* 3. extra ſignaturam Avicennae praefatio et libri primi index, qui et ſingulis libris praefigitur. *In fine ſecundi libri ac primi Voluminis: Laudem tribuam poſſeſſori meo qui in viam veritatis deduxit me huc Neapolim in domum domini mei R. Azariel filii R. Joſephi, cuius requies ſit in horto voluptatis, et usque nunc adiuvit me ut perficerem librum II. ſapientis medici Aben Sinae, per manum mei minimi Aſcer filii ſapientis R. Peretz Mintza compoſitoris litterarum ſeu typothetae hodie die VI. menſis Chislev anno CCLII.*

minoris ſupputationis (*Chriſti MCCCCXCI. Dies enim VI. menſis chislev iudaici anni minoris* 252, *incidit in Novembrem anni noſtri* 1491, *et idcirco huic anno, non anno* 1492, *ut hucusque factum eſt, ea adſcribenda eſt*) *Alterius artificis in fine ſecundi voluminis mentio fit: Fortis ſit ac confirmet ſe Abraham filius domini ſapient. R. Jacobi Lando typotetha, damno non afficiatur, etiam lector non defatigetur. In fine tertii voluminis nulla ſubſcriptio. Char. quadr. min. col. 2. lin. 50. fol.*

Extat exemplum praeſtantiſſimum in Biblioth. Cl. de Roſſi. Cf. Eiusd. l. c. P. I. p. 86.

MCCCCXCII.

73. AVICENNAE Canon in V. Libros diſtributus, hebraice &c. *Pertinet ad annum* 1491.

74. MISCHNA ſeu iudaicarum traditionum corpus a R. Jehuda Akkadosc collectum cum Commentario R. Moſis Maimonidis ex hebraica variorum verſione. *Incipit* a praefatione R. Jehudae filii Salomonis ben Charizi, cui ſubiicitur fuſior Maimonidis introductio. *Ad calcem V. ordinis Kodaſchim, ſeu de ſanctificationibus fol. 270. b. tres typographus notas appoſuit. Prima rhythmica ac litteris quadratis* Maimonidei Commentarii laudes continet, *qui dicitur in urbe Neapolis editus ingenio Joſuae viri Soncinatis, et finitus menſe jiar anno* 5252 *ab orbe condito* (*Chriſti MCCCCXCII.*) *Eam excipit* rabbinicis typis ſecunda, plenior ac luculentior, *quae ſic incipit:* Benedicamus domino qui nos conſuluit, roboravit, confirmavit ut inciperemus et abſolveremus opificium eximii huius operis ſex ordinum Miscnaioth ſeu traditionum cum Commentario R. Moſis ben Maimon. fel. mem. *Quod ſane perfectum eſt auxilio et incitamento viri in quo eſt ſpiritus Dei ſancti, doctoris in lege ac ſapientia perfectiſſimi, ſapientis R. Abrahami Talmid Hiſpani, quem Deus ſervet incolumem.* Is enim corroboravit facultatem, ut imprimeretur ac reipublicae utilitati conſuleretur, quum ob penuriam abſolutiſſimi huius operis in captivitate noſtra redundare ad univerſam nationem non poſſet emolumentum — *Cum eo autem conſociati ſunt in impenſa hac maxima nobilis et aeſtimatus dominus R. Joſeph Aben Piſo Hiſpanus, amicus meus, quem Deus cuſtodiat, et ego puſillus, minimus ſociorum Joſuas Salomon Soncinas, huius artis opifex, fuitque finis eius feria III. die XI. menſis jiar anno CCLII. ſexti millenarii hic Neapoli. Dirigat eam altiſſimus, et extollatur maieſtas regis eius Don Ferando qui vivat annos multos, amen amen. Benedictus qui dat defeſſo virtutem, et ei, cui vires deſunt, robur addit. Huic epigraphi tertiam ſubiiciunt artifices, in qua dicunt ſe ideo operis finem ad calcem huius ordinis poſuiſſe, quod illum poſtremo loco excuderint. Char. text. quadr. Commentar. rabb. cum ſign. col. 2. foll. 356. fol. mai.*

Extant in Biblioth. Cl. de Roſſi operis huius rariſſimi duo exempla, chartaceum alterum, alterum membranaceum. Cf. Eiusd. l. c. P. I. p. 90.

74. b. Anonymi PEDACH DEVARAI, ſeu Apertio vel initium verborum meorum. *Prima praefationis vox, quae operi hoc grammatico titulum dedit, dat et editioni, quae ab opere quidem ipſo ſtatim incipit, ſed praemittit vocabulum hebr. PEDACH maiuſculis litteris totidem ligneis tabulis ineleganter inſculptis et inconcinnis elucubratum. In fine: Finitus eſt et abſolutus opera minimi diſcipulorum dilecti, fidelis, doctoris ac praeceptoris noſtri — filii dilecti* (*Moſis ben Chaviv*) *Deo et creaturis. Cuſtodiat cum Rupes eius. Amen.*

Amen. Impoſitus eſt autem operi finis hodie die 1. *initio menſis adar II: anno. Et redempti Domini redibunt veniëntque ad Sion in cantico, ſeu ann. CCLII (Chriſti MCCCCXCII.) Char. rabb. detrito, quadratis maioribus iisdem, quibus uſus eſt Joſephus Aschenazi in ſuis editionibus Neapolitanis.* 4. *min.*

Editionem hanc, hactenus plane ignotam, poſſidet Cl. de Roſſi. Cf. Eiusd. l. c. P. I. p. 89.

MCCCCXCIII.

76. Prophetae priores c. comm. Abarban. *Neapoli* 1493. *Confuſus eſt locus et annus compoſitionis Commentarii Abarbanelis cum loco et anno editionis. Compoſuit iſte commentarium hunc omnino* 1493, *quo anno Neapolim cum omni ſua familia venerat; at illum demum anno circiter* 1511 *Piſauri a Soncinatibus typis expreſſum fuiſſe, optime monſtravit Cl. de Roſſi Annal. hebr. typogr. P. III. p.* 163. *Cf. p.* 165. *ubi et illi, recte quidem taxantur, qui editionem huius commentarii absque textu ſacro finxerunt.*

MCCCCXCVI.

77. Zacharie lilii Vicentini Canonici regularis ad Preſtantiſſimum Dei preconem Matheum Boſſum Veronenſem Canon. Regu. De ſitu orbis prooemium foeliciter incipit. *In fine:* Zachariae Lilii Vicentini Canonici regularis. de ſitu orbis Liber explicit. *quem exactiſſima impreſſit diligentia Ayolphus Cantonus Mediolanenſis. Neapoli Anno Salutis. M.CCCC.LXXXXVI. V. idus Nouembr. Inſigne typogr. Char. rom.* 4.

Giuſtiniani l. c. p. 77.

MCCCCXCVII.

80. R. isaac abarbanelis fontes ſalutis, ſeu Commentarius in Danielem. *Editionem Ferrarienſem anni* 1551. *eſſe primam, patet ex Cl. de Roſſi Comment. de typograph. hebr. Ferrar. p.* 18. *In fine illius legitur, initium ac complementum illius factum fuiſſe in urbe Monopoli quae eſt in Apulia regni Neapolitani provincia, die* 1. *menſis tebeth anno CCLVII. Chriſti MCCCCXCVII. Haec cum legeret Wolfius in exemplo quodam, quod titulo carebat, impreſſionem ad annum* 1497. *referebat, male quidem, ut optime docuit Cl. de Roſſi Annal. hebr. typogr. P. III. p.* 172.

SINE NOTA ANNI.

83. C. plinii secundi nouocomenſis liber illuſtrium Virorum incipit. *In fine:* Liber Virorum illuſtrium C. Plinii Secundi foeliciter explicit. *Tum:* Incipit liber sexti ruffi Viri conſularis de Hiſtoria Romana ad Valentinianum I. Auguſtum. *In fine:* Sexti Ruffi: Viri Conſularis Valentiniano Auguſto de hiſtoria: Ro: Libellus finit. *Sixtus Rueſinger. Char. rom. minor. ſine ſign. cuſt. & foll. num.* 4.

Giuſtiniani l. c. p. 36.

83. b. Francisci de zabarellis Lectura ſuper Clementinas. *In fine:* Finit lectura eximii doctoris domini Franciſci de Zabarellis ſuper clement. *Sixtus Rieſſinger. Char. rom. col.* 2. *foll.* 343. *fol. mai.*

Giuſtiniani l. c. p. 42.

84. Libellvs sindicatvs - Defenſorem. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine:* Finem habet ſollempnis et copioſus tractatus ſindicatus officialium et iudicum - compoſitus in nobiliſſima ciuitate Neapolis per egregium - Paridem de Puteo Ad laudem dei omnipotentis - Et ad gloriam excellentiſſimi Dni dni Dyomedis carrafe Comitis madaloni digniſſimi &c. dni mei precipui Cuius ope et fauore ciuitas ipſa et ſtudia florent. Laus deo. *Fol. eod. col.* 2. Incipit tractatus ludorum ad breue compendium redactus per dominum Paridem de Puteo Legum doctorem in Ciuitate Neapolis multis per eum additis die quarta octobris - M.CCCC.LXXII. . N. Scripſit. *Char. Sixti Rieſſinger. fol.*

Giuſtiniani l. c. p. 27.

86. Incipit Sollennis et vtiliſſimus libellus de re militari. vbi eſt tota materia duelli ſeu ſingularis certaminis. nouiter compilatus per Generoſum ac clarum utriuſque iuris doctorem dnm paridem de pvtheo pro alma ciuitate Neapolis ubi milites ac nobiles et Iuriſconſulti poterunt ſpeculari ea quae erant ſepulta nunc per lucem in artem (fortaſſe - per artem in lucem) deuenerunt. et continet XI. libros cum queſtionibus cotidianis occurrentibus. *In fine:* Deo gratias. amen. *Regiſtr. foll. Char. rom. Rieſſingeri, ad cuius primordia pertinere videtur. Sine ſign. cuſt. & pagg. pagg. num. lin.* 36. *foll.* 180. *fol.*

Editio originalis, quam ſecuta eſt verſio italica n. 85. *excitata. Giuſtiniani l. c. p.* 98.

88. Lapi de castelho (castelhono) Decretorum doctoris Allegationes. *Praecedit* Tabula *foll.* 14. *nulla praemiſſa inſcriptione. In fine fol.* 14. *b. col.* 2. Explicit tabula ſup alloibus. (ſuper allegationibus) d. Lapi. *Poſt tria folia vacua incipit opus ipſum, fol.* 1. *a. col.* 1. *ſic*

Allegatio prima de appellationibus
(I)N hac allegatione
facit tria aut quatu
or dubia Primum.

In fine fol. 100. *a. col.* 1. *opus finitur ſic:*

lin. 56. capituli ipſius plebis Sic dico et conſu
- 57. lo Ego paulus de liezarl de Bonoñ. de
- 58. creto4 doctor faciens meũ conſuetum
- 59. ſigillum apponi Finis alle - lapi
- 60. *SIXTVS RIESSINGER.*

Typis plane ſingularibus, nec romanis, nec gothicis, inaequalibus, ita quidem, ut ſculpti potius quam fuſi videantur. Sine ſign. cuſt. & foll. num. col. 2. *margine largiſſimo fol. max.*

Extat exemplum optime conſervatum codicis huius rariſſimi, qui ſine dubio ad primordia Rieſſingeri pertinet, in collectione noſtra. Textus folii primi manu miniatoris variis ornamentis circumdatus eſt; in margine inferiori Inſigne Rieſſingeri adpictum eſt, idem quidem, quod in Audiffr. Catal. edit. rom. Sec. XV. p. 476. *aeri inciſum conſpicitur.*

88. b. Pavli de liazariis Allegationes. *In fine:* Sic dico et conſulo Ego paulus die Liezaro de Bonoñ. *Sixtus Rieſſinger. Char. rom. ſine ſign. fol. maxim.*

Giu-

Giuſtiniani l. c. p. 42. Eadem clauſula : Sic dico et conſulo &c. in fine editionis Allegat. Lapi de Caſtelho legitur. Vereor ergo ne lateat hic error, ita quidem, ut hae Allegationes Pauli de Liazariis nihil aliud ſint, quam illae Lapi de Caſtelho.

88. c. M. T. CICERONIS Rhetoricorum libri ad Herennium. *In fine :* Marcii Tullii Ciceronis Rethoricum liber ad Herennium feliciter Explicit. *Sixtus Rieſſinger. Char. rom. fol.*

Giuſtiniani l. c. p. 37.

88. d. Singularis et ſolemniſſimus tractatus ſuper ſocietate compilatus per eximium doctorem legum dnm PETRVM DE VBALDIS neptem quondam dni Baldi. *Char. Sixti Rieſſingeri. circ. ann. 1471. fol.*

Giuſtiniani l. c. p. 26.

88. e. Incipit tractatus Societatis Pecunie opere et animalium ſecundum dnm ANGELVM DE PERVSIO. *In fine :* Et eſt finis huius tractatus Societatis Domini Angeli de Peruſio. etc. *Sixtus Rieſſinger, ad cuius primordia anni 1471. pertinere videtur. Char. rom. fol.*

Giuſtiniani l. c. p. 27.

88. f. TERENTII Comoediae. *Praecedit* vita Poetae, *in fine illius:*

Epitaphium Terentii

Natus in excelſis tectis carthaginis alte
Romanis ducibus bellica preda fui &c.

Char. rom. Sixti Rieſſingeri, ſine diſtinctione verſuum, et ſine ſign. cuſt. & foll. num. lin. 22. 4.

Giuſtiniani l. c. p. 36.

88. g. NICOLAI DE LIRA Gloſſae in Apocalypſin redditae italicae per Fredericum Venetianum. *In fronte :* Incipit liber apocalipſis ſcti Johanis apoſtolis (ſic) et euangeliſte cum Joſis (ſic) Nicolai de Lira ordinis Minorum. In dei noie Amen. *Char. eod. Sixti Rieſſingeri, ſine ſign. cuſt. & foll. num. 4.*

Giuſtiniani l. c. p. 37.

88. h. CAROLVS SVRRHENTINVS adoleſcentulo de modo augendi orationem. *Praecedit* Franciſci Tuppi epiſtola nuncupatoria ad Berardinum Gerardinum Amerinum. *Char. eod. rom. 4.*

Giuſtiniani l. c. p. 72.

88. i. In comenza una nobiliſſima e vera antiqua cronica. Compoſta per lo generoſiſſimo miſſere JOHANNE VILLANO recolta da molti antiqui quale e delecteuole et de gran piacere per ſapere le antiquitate dello regno di Sicilia citra et ultra el faro in dela quale ſe tracta de mutamenti de multi ſtati et incomenza dala edificatione de Cuma-Lege feliciter. *Sequitur* (Sequito) uno tractato deli bagni de Pizolo et de tre Pergule et de Agnano et de tutte le confini in lo quale per recreatione dele gente coſi breue de molti libri auctentici e tractato. *Char. rom. Rieſſingeri, quo uſus eſt poſtea Fr. Tuppi, cum ſign.*

Giuſtiniani l. c. p. 38. ſq.

88.

88. k. PHALARIDIS Epiſtolae. *In fine :* Phalaridis Tyranni Agrigentini Epiſtole ad illuſtrem principem Malateſtam per Franciſcum Aretinum Translate feliciter Explitiunt. *Char. rom. Rieſſingeri.* 4.

Giuſtiniani l. c. p. 39.

89. l. Satyre JVVENALIS. *Char. rom. Sixt. Rieſſing.* 4. *min.*

Giuſtiniani l. c. p. 39.

91. L'Eroidi d'OVIDIO. *Fol.* 1. *a.* Incomincia il prologo ſopra lepiſtole dovidio nasone di compagna il quale fu ſottiliſſimo et octimo poeta. *In fine :* Qui finiſce il libro delle piſtole che fecie Ovidio Nasone traslate di gramatica in volgare fiorentino. *Signum typographi cum litteris in ſchedula. S. R. D. A. i. e. Sixtus Rieſinger De Argentina. Char. rom. ſine ſign. cuſt. & foll. num. cum tabul. ligneis foll.* 82. 4.

Foſſi l. c. T. II. p. 268. *ſq.*

94. NICOLAI PEROTTI. Ad Pirrum. Perottum. Nepotem. ex. fratre. ſuauiſſimum. rudimenta. gramatices. incipiunt. *In fine :* Regule grammaticales Reuerendiſſimi patris & domini. domini Nicolai Perotti Archiepiſcopi Sypontini uiri doctiſſimi atque eloquentiſſimi abſolute ſunt foeliciter. *Neapoli impreſſe per Mathiam Morauum uirum ſingulari ingenio et arte preditum.* 4.

Giuſtiniani l. c. p. 63.

94. b. MARCI. TVLLII. CICERONIS. RETHORICA (ſic) NOVA INCIPIT. PROHEMIVM. *Haec in fronte litteris capitalibus. In ſine fol.* 59. *b :* M. T. Ciceronis rethorica noua. Neapoli impreſſa. *Per mgrm Mathiam Morauum uirum ſingulari ingenio ac arte preditum. Finit foeliciter. Char. rom. cum ſign.* 4. *ſeu fol. min.*

Giuſtiniani l. c. p. 63. *Biblioth. Rottenbuch.*

94. c. M. T. CICERO de partitionibus oratoriis liber incipit foeliciter. *In fine : fol.* 17. *lin.* 27. multisq; ex tuis preclariſſis (ſic) muneribus nullum maius expecto. FINIS. *Char. eod. rom. cum ſign. lin.* 30. *foll.* 17. *fol. min.*

Biblioth. Rottenbuch, ubi praecedenti opuſculo adhaeret.

95. M. MANILII ASSTRONOMICON (ſic) PRIMVS. *Haec in fronte. In fine :* M. MANILII ASTRONOMICON. FINIS.

Ridetur merito ſciolorum inſana caterva
Vulgo qui natum nomina ſurripiunt
Heus quicumque velis latia perdiſcere muſa
Sydereos nutus fallere difficiles.
Manilium ſectare grauem : qui tempore diui
Floruit Auguſti. Lector amice. vale.

Sequitur Tabula. *In fine illius : Impreſſum neapuli (ſic) per. Iodocum boenſteyn. Regiſtrum. Char. rom. ſine ſign. cuſt. & foll. num. foll.* 80. (*circa ann.* 1475). 4. *min.*

Foſſi l. c. T. II. p. 142. *Giuſtiniani l. c. p.* 65. *Cf. p.* 46. *ubi aſſeritur extare in Bibliotheca civica Argentinenſi Horatium ab eodem Iodoco Hoenſteyn Neapoli* 1471. *impreſſum in* 4.

95. b. FRANCISCI PETRARCHAE Triumphi. *In fine :* FRANCISCI PETRARCHAE POETE EXCELLENTISSIMI TRIVMPHI EXPLICIVNT. *Char. rom. Arnold. de Bruxell. vel Matth. Moraui. fol.*

Giuſtiniani l. c. p. 58.

95. c. Incipit sollemnis repeticio. c. quoniam de electio. libro ſexto per eximium ll. doc. ſacrorumque canonum uerum interpretem do staphanvm (c) de cayeta de neapoli in qua tractatur iuris patronatus materia. *In fine:* Explicit ſolempnis repetitio c. quoniam - in qua tractatur. materia iuris patronatus. *Char. Arnaldi de Brux. uel Hoenſteynii, ſine ſign. cuſt. & foll. num. foll.* 15. *fol.*

Giuſtiniani l. c. p. 97.

95. d. Declamationes in Turcum et exhortationes ad arma in eum capienda ad Principes Chriſtianos per joannem aloysivm tvscanvm. Dicatur opuſculum hoc metricum Paulo II. P. M. *In fine:* Deo optimo Maximo Gratias. *Char. rom. Arnald. de Bruxell. vel Hoenſteynii.* 4.

Giuſtiniani l. c. p. 97.

98. Rabbi kalonymi Lapis lydius. *Eſt editio anni* 1489, *quam ſupra n.* 58. *ex Cl. de Roſſi Annal. hebr. typogr. P. I. p.* 66. *excitauimus.*

99. Lavrentii vallensis uiri clariſſimi Elegantiae Ad Breue quoddam Ac perutile Redactae compendium. *In fine:* Finis Allegantiarum (ſic) diſſertiſſimi uiri Laurentii Vallenſis *Neapoli Impreſſarum ſub pacifico Ferdinando Sicilie Rege.*

Abſtulerat latios multos germania libros
Nunc multo plures reddidit ingenio
Et q uix toto quiſquam perſcriberet anno
Munere Germano conficit una dies.

Char. rom. 4.

Giuſtiniani l. c. p. 99.

100. Biblia hebraica cum punctis et accentibus. *fol.* *Editionem hanc rariſſimam iam ſupra Vol. hoc IV. p.* 96 *n.* 1850 *ex Cl. de Roſſi Diſquiſ. de Origin. ac Primit. hebr. typogr. p.* 77. *ſq. Edit. Erlang. excitauimus. Repetiit vir doctiſſimus notitiam ibi ſuppeditatam, novis obſervationibus locupletatam et auctam, duce exemplo membranaceo, quod iam poſſidet, integerrimo, nitidiſſimo, pretioſiſſimoque, iam in Annal. hebr. typogr. P. II. p.* 139. *editionemque hanc circa ann.* 1491. *Neapoli ex officina Soncinatum prodiiſſe, argumentis validiſſimis demonſtravit.*

101. R. jacobi filii jehvdae lando Liber Agur. *Accedit* ad calcem eiusdem Chazon ſeu Viſio. *Incipit fol.* 1. *b.* ab auctoris praefatione, *cuius prima dictio* דברי *praemittitur maioribus typis excuſa, ligneaque quaedam tabula primam hanc paginam exornat, quae eadem plane eſt cum ea, quae extat in fronte Pſalterii Neapolitani anni* 1490. *Char. eſt quadrat. minor. formae, idem cum eo quo Neapoli Kimchi liber radic.* 1490. *et Avicennae canon* 1491. *exaratus eſt. Ergo Neapoli danda eſt et haec editio, quae forte circa finem ſeculi XV. ibidem prodiit. Cum ſign. foll.* 185. 4. *min.*

De Roſſi l. c. P. II. p. 146. *ſq.*

XCII. NORIMBERGAE.

MCCCCLXXVI.

28. Biblia latina. *In fine verſus: Qui memor eſſe cupit &c. cum indicio anni* 1476. *foll.* 395. *fol.*

Hupfauer l. c. p. 27. ubi Joanni Senſenſchmid et Andr. Friſner datur. Nunquam vidi hanc editionem; utrum ergo danda ſit illa his typographis, qui anno praecedenti opus vaſtum Bibliorum latinorum ad editionem Romanam anni 1471. *expreſſam, typis mandauerunt, determinare nequeo. Libris interea, ſine nota loci & typographi, in hoc Volumine p. 14. n. 86. accenſui.*

MCCCCLXXX.

80. b. Incipit interrogatorium ſiue confeſſionale per venerabilem fratrem BARTHOLOMEVM D'CHAIMIS de mediolano ordinis minorum compoſitum in loco ſancte marie de angelis apud mediolanum. Et diſtinguitur in quatuor partes principales. *Haec in fronte fol.* 1. *a. rubro. In fine rubro:* Explicit interrogatorium ſiue confeſſionale perutile. Per venerabilem - apud Mediolanum. *Impreſſum ſub Anno domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo die uero triceſimo primo menſis May. Praecedunt hanc ſubſcriptionem verſus:* Si quem peniteat &c. exceptis quatuor ultimis, in quibus de Valdarfero, typographo Mediolanenſi ſermo eſt. *Char. eod. fratr. Ord. S. Auguſt. ſine ſign. cuſt. & pagg. num.* 4.

Notitiam libri huius certe rariſſimi debemus Cl. Langero, Biblioth. Wolffenbüttel. Praefecto digniſſimo. Cf. N. A. D. Biblioth. Vol. VIII. P. II. p. 517.

MCCCCLXXXVII.

172. BIBLIA LATINA &c. *In fine - impreſſum - impenſisque Anthonii kobergers prefate ciuitatis incole. Anno incarnate deitatis M.CCCCLXXXVII. &c. fol.*

Biblioth. Ioſch.

MCCCCLXXXVIII.

182. JACOBI DE VORAGINE Hiſtoria Lombardica. *In fine: Nuremberge per mandata Georgii Stuchs de Sulzbach* 1488. *Kalend. Octobr. Cum ſign. et foll. num. roman.* 4.

Biblioth. Kottenbuch.

183. JOHANNIS GRITSCH Quadrageſimale. *In fine:* Colligit ingenio Quadrageſimale frater clariſſimus ordinis ſ. franciſci mgr Johes Gritſch de Baſilea profeſſor - *denique quam vigili cura hoc utile admodum quadrageſimale impreſſum ſit oculi quibus ſe obiecerit. teſtabuntur. Quod et procurante expendenteque Georgio Stuchs de Sulczbach ciue oppidi Nurnbergn. ſalubri fine conſumatum. Anno etc. MCCCCLXXXVIII. Laus deo. fol.*

Biblioth. Ioſch.

MCCCCXC.

191. b. Breuiarium LVBICENSE. *Norimbergae per Jeorium Stuchs* 1490. 8.

Catal. Biblioth. Thott. Tom. VII. p. 244.

MCCCCXCI.

194. b. Summa quae DESTRVCTORIVM vitiorum appellatur a cuiusdam fabri lignarii filio 1429 collecta. *Norimbergae per Antonium Koberger* 1491. *fol.*

Catal. Bibl. Thott. T. VII. p. 22.

MCCCCXCIII.

230. b. Diurnale horarum ſecundum Rubricam breuiarii Eccleſiae MILDENSEMENSIS. *Norimbergae per Georgium Stüchs* 1493. 8.

Catal. Bibl. Thott. T. VII. p. 243.

MCCCCXCVI.

MCCCCXCVI.

279. Poſtilla GVILERMI ſuper Epiſtolas et euangelia de tempore et ſanctis Et pro defunctis. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine :* Poſtilla - collata *vigilanti cura : ſolertis viri caſpar Hochfeders Nuremberge exarata. Anno domini milleſimo quadringenteſimononageſimoſexto octauo Kalendas aprilis. Finit. Char. goth.* 4.
Biblioth. Ioſch.

MCCCCXCVII.

290. b. Magiſtri PAVLI NIAVIS latinum ydeoma pro noviciis in religionibus conſtitutis editum et ſecundario correctum - EIVSDEM latinum ydeoma pro paruulis editum *impreſſum Nurnberge per fridericum Creuſner. anno etc. Nonageſimo ſeptimo.* 4.
Biblioth. Fürſtenfeld.

291. Breuiarii SALISBVRGENSIS, Pars hyemalis. *Praecedit* Kalendarium. *In fine :* Pars breuiarii hyemalis ſcm ordinem ſeu rubricam alme Saltzburgñ. eccleſie : *cum diligentia reuiſa ac fideli ſtudio per Georgium Stüchs opificem d' Sultzbach in inclito Nurnbergenſium oppido. Anno xpi ſalutifero. MCCCCXCVII. kl. vero Aprilis XIII. impreſſa. Finit feliciter.* 8.
Hupfauer l. c. p. 185. *ubi et Pars aeſtiualis excitatur.*

MCCCCXCVII. & XCVIII.

92. b. Partes quatuor doctrinalis ALEXANDRI de uerborum ſignificatione. *In fine primae partis :* Explicit feliciter : *impreſſum per Anthonium Koberger in famoſa civitate Nurẽbergenſi anno ſalutis. MCCCCXCVII. In fine ſecundae :* Explicit feliciter ſcda Pars - *per Anthonium Koberger impreſſa in famoſa civitate Nurbergen. anno incarnationis dominice MCCCCXCVIII. die XXI. menſis Januarii. In fine tertiae et quartae partis :* Alexandri grammatici due ptes : tertia videlicet et quarta finiunt *feliciter impreſſe per anthonium Koberger.* 4.
Bibl. Irſee. Catal. Bibl. Thott. T. VII. p. 192.

MCCCCXCIX.

306. b. D. BONAVENTVRA in quatuor Libros Sententiarum. *In fronte Partis I. fol.* 1. *a. rubro -* Seraphici profundiſſimique doctoris ordinis fratrum minorum diui Bonauenture cardinalis et ſanctorum cathologo aſcripti opus non minus ſubtiliſſimum quam ſpeculatiuum ſuper primo libro ſententiarum. *Fol. eod. b.* Epiſtola Joh. bekenhaub ad Nicolaum Tinctoris. *Fol.* 2. *a.* Nicolai Tinctoris reſponſoria. *Fol. eod. b.* Jacobi Wympflingi Epiſtola ad quoslibet theologie ſtudioſos. *Data eſt illa : Ex Nuremberga nobiliſſima germanie ciuitate. Anno xpi MCCCCXCIX* (*Extat haec epiſtola in editione anni* 1491. *in fine Voluminis quarti et ſubſcripta eſt ann.* 1491.) *In fine:* Primum ſcriptum beati Bonaventure - ſuper ſententias - *per honorabilem virum dnm Antonium Coberger. Nurembergeñ. ciuem nouiſſime impreſſum. Sequitur foll.* 4. Ordo queſtionum cum Rubricis. *In fronte Partis ſecundae fol.* 1. *a. rubro :* Celebratiſſimi patris domini bonaventure doctoris ſeraphici in ſecundum librum ſententiarum diſputata. *In fine* Finis ſecunde partis Bonaventure cum textu ſententiarum. *Sequitur* Ordo queſtionum *foll.* 4. *Accedit* Index *in cuius fronte fol.* 1. *a.* Index alphabeticus

ſiue repertorium JOHANNIS BECKENHAVB moguntini in ſcripta diui bonauenture ſuper quatuor libris ſententiarum. *In fine ſigillum cum litteris I. S. Char. goth. min. cum ſign. fol.*

Collectio noſtra. Ad editionem hanc Partem III. & IV. pertinere, probabile eſt.

SINE NOTA ANNI.

340. b. PSALTERIVM latinum cum hymnis V. & N. Teſtamenti. *Incipit absque inſcriptione fol. 1. a. ſic.*

lin. 1. (B)Eatus vir qui nō abijt
- 2. in conſilio impio⁊ et in
- 3. via pctoꝝ non ſtetit: et

Fol. 164. b. finito pſalterio ſequuntur Cantica. Symbolum Athanaſii excipit Litania cum collectis quibusdam pro mortuis. *Fol. 185. a.*

lin. 10. regnas cū patre in unitate ſpi
- 11. ritus ſcti deus p oia ſcl'a. ſ. Amen.

Char. goth. ſine ſign. cuſt. & foll. num. lin. 16. 8. min.

Ad primordia Kobergeri pertinet Pſalterium hoc rariſſimum, cuius exemplum extat in Biblioth. Ill. Heideggeri, cimeliis huius generis refertiſſima. Litterae omnino ſculptae, non fuſae ſunt. Sphalmata occurrunt quam plurima, quae in hoc exemplo penna correcta ſunt. Charta alba eſt atque firma. Idem Pſalterium eſſe uidetur, cuius mentio fit in Schoepflini Vindic. p. 40

343. De predeſtinatione et libero arbitrio. *Incipit absque praeuia notitia ſic:* (T)Res modi nimis perplexi nexu &c. *fol.*

Biblioth. Heidegg

345. JO. NYDER Manuale confeſſorum. *Incipit absque praeuia notitia fol. 1. a. ſic:*

(Q)Voniam iuxta beati Gregorij &c.

In fine: Explicit manuale confeſſorum venerabilis patris Fratris johannis Nyder ſacre theologie profeſſoris ordinis fratrum predicatorum. *fol.*

Biblioth. Heidegg.

346. Incipit tctatus de morali lepra fratris JOHANNIS NIDER ſacre theologie profeſſoris ordinis predicatorum. *Haec in fronte fol. 1. a. Finit absque ſubſcriptione ultimo folio a.*

lin. 16. - rali dixiſſe ſufficiat. *fol.*

Biblioth. Heidegg

353. b. DONATVS Latin. & Germanic. *In fine fol. 33. b.* Donatus minor octo ptiū orationis p *Fridericum Kreuſzner Nurmbergñ incolam impreſſus. pro clericulorum neceſſaria inſtructione feliciter finit. Textus latin. litter. miſſalibus; verſio germanica minor. charact. Incipit absque praeuio introitu cum textu. fol.*

Bibl. Heidegg.

361. JOANNIS ANDREAE Tractatus ſuper arboribus conſanguinitatis &c. *Extant in Biblioth. Heidegg. duae editiones, quae cum hac conuenire uidentur & tamen differunt*

fol.

	1.	2.
fol. 1. *a.*	ûltimum verbum -	conſtruere - cōſtruere
- 1. *b.*	ultimum verbum -	econuerſo - ecōverſo
- 5. *a.*	ultima linea incipit -	affinitatis & - tis & affinitatis
- 7. *b.*	Explicit lectura ſup arboribꝫ ꝯſag & affi Joannis andree.	- Explicit lectura ſup arboribus ꝯſag et affi. Joānis andree.

fol. 10. *b.* *lin.* 29. Et ſic eſt finis huius tractatꝰ. Deo
- 30. *Impreſſum per Fridericū Creuſsner de Nurmberga*

fol. 10. *b.* *lin.* 27. Et ſic eſt finis huius tractatus. Deo.
- 28. *Impreſſum p Fridericum Creuſsner de Nurmberga.*

373. Vocabularium praedicantium JODOCI EYCHMAN DE CALWE. *Praecedunt quatuor diſticha, quorum primum:*

Si te materne remoratur inercia lingue.
Quo minus ad populum fundere uerba queas.

In fine nulla ſubſcriptio. foll. 168. 4.

Collectio noſtra.

376. b. (HERMANNI DE SCHILDITZ) SPECVLVM Sacerdotum de tribus ſacramentis principalibus. *Haec in fronte fol.* 1. *a.* *In fine fol.* 10. *b.* Fenit feliciter. *Char. goth. cum ſign.* 4.

Hupfauer l. c. p. 293.

377. b. Tractatus peroptimus d'animabus exutis a corporibus. editus a venerabili patre JACOBO DE PARADISO Sacre theologie profeſſore. ordinis carthuſien. Erfordie. *Haec in fronte fol.* 1. *a.* *In fine poſt Epilogum nulla ſubſcriptio.* *Char. Georgii Stüchs, cum ſign. foll.* 17. 4.

Hupfauer l. c. p. 295.

377. c. (NICOLAI SALICETI) Liber meditationum ac orationum deuotarum qui anthidotarius aie dicitur iterum atque iterum quam diligentiſſime perſpectus et accuratiſſime emendatus incipit feliciter. *Haec in fronte fol.* 1. *a.* *Fol.* 2. *a.* Nicolae ſaliceti in Anthidotarium anime prefatiuncula. *In fine nulla ſubſcriptio. Char. Georgii Stüchs cum ſign. foll.* 383. 16.

Hupfauer l. c. p. 295.

382. b. AVRELII AVGVSTINI Iponenſium preſulis digniſſimi. liber de XII. abuſiuis ſeculi incipit feliciter. Duodecim abuſiva ſeculi ſunt hec &c. *In fine ſeq.* Auguſtini de origine anime electiſſima auctoritas et auguſtinus de diuinatione demonum, *ſine ſubſcriptione. Char. goth. quo ſpeculum Hermanni de Schilditz anni* 1479. *quod Fratr. ord. Heremit. Norimb. datur, impreſſum fuit, ſine ſign. cuſt. & foll. num. foll.* 7. 4.

Biblioth. Cl. Ioſch.

CXIII. NOVAE PLZNAE. (Pilsnae)

MCCCCLXXV.

1. a. Novvm testamentvm Bohemium. *Cf. Annal. Vol. IV. p. 5. n. 20. Uberiorem notitiam editionis huius rariſſimae dedit Cl. Hungarus in den Neuen Beytr. zur alten Geſchichte der Buchdrucker Kunſt in Boehmen p. 10. ſq. ubi ad ann.* 1475. *refertur argumentisque ſat firmis docetur Pilſnae illam ex eadem officina, quae Miſſale anni* 1479. *Hiſtoriamque Troianam ſ. a. dedit, prodiiſſe.*

MCCCCLXXVI.

1. Arnesti (erneti) Statuta Synodalia. *Unicum, quod adhuc detegi potuit, exemplum, extat Pragae in Biblioth. Reg. Caeſar. Cf. Cl. Ungari Neue Beytr. &c. p.* 12. *ubi ſimul monetur, editionem anni* 1517, *cuius in den Abbild. Boehm. und Maehriſch. Gelehrt. T. I. p.* 6. *mentio fit, nullam eſſe. Edidit Statuta haec iterum Berthold. Pontanus Pragae* 1606.

MCCCCLXXIX.

2. Missale Pragenſe. *Praecedit* Calendarium *foll.* 3. Nominibus menſium latinis, appoſitae ſunt eorum denominationes bohemicae. *In fine:* Explicit liber iſte. ſit laus gla t. xpe, *ſub anno dni Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono feria ſexta ipſo die ſcte Elizabet. Orate deum p. Impreſſore. Char. eod. quo Erneſti Statuta impreſſa fuerunt. Veriſimiliter ergo Pilſnae per eundem artificem. Sine ſign. rubric. maior. rubr. foll.* 261. *fol.*

Notitiam huius editionis hactenus prorſus ignotae, debemus Cl. Ungar. Cf. Neue Beytr. &c. p. 13. *ſq. ubi uberior notitia. Extat exemplum Pragae in Biblioth. Reg. Caeſar.*

MCCCCLXXXIX.

3. Calendarivm Bohemicum. *Pilſnae* 1489. 4. *mai.*

Cl. Ungar. Neue Beytr. &c. p. 28.

4. Psalterivm Bohemicum. *In fronte fol.* 1. *a.* Titulus cum Summario Pſalmi primi rubro colore expreſſo legitur. *Incipiunt* tum immediate Pſalmi cum ſummariis. *Excipiunt illos* Cantica conſueta, cum Symbolo Athanaſii, *quod fol. ultimo lin.* 20. *finitur. Eadem linea legitur. Leta T.* (*Tiſyczieho*) CCCC XCIX. 1499. *Sine cuſt. et foll. num. cum ſign. A - V.* 8.

Editio hactenus ignota, quam noviſſime detexit Cl. Ungar. Cf. Eiusd. Neue Beytr. &c. p. 37. *Ex collatione cum aliis opuſculis patet, Pſalterium hoc Pilſnae per Nicolaum Baccalaureum prodiiſſe.*

SINE NOTA ANNI.

5. Historia troiana, bohemice. *Cf. Annal. Vol. IV. p.* 142. *n.* 631. *Ad primordia typographiae bohemicae adque officinam, quam ignotus ille artifex Pilſnae erexit, librum hunc pertinere, optime monuit Cl. Ungar. l. c. p* 5. *ſq.*

6. Passionale ſeu legenda sanctorvm, bohemice. *Et hanc editionem hactenus ignotam ad primordia typographiae bohemicae, itaque ad ann.* 1475 - 1479, *pertinere, patet ex Cl. Ungar. Neuen Beytr. p.* 15. *ſqq. ubi accuratiſſima illius extat recenſio.*

Exem-

Exemplum illud, quod noviſſime in manus Viri huius praeclariſſimi, deque re litteraria Bohemiae optime meriti incidit, proh dolor in fine mancum eſt. Deeſt enim folium ultimum, quod fortaſſe notam loci impreſſionis, quem Pilſnam fuiſſe recte putatur, continebat. Cum ſign. col. 2. lin. 36. foll. 276. fol.

CXIX. b. ORTONAE.

MCCCCXCVI.

1. Rabbi MOYSIS KIMCHI Grammatica hebraea cum aliorum tractatibus Grammaticam artem ſpectantibus; *Orthonae in Sicilia (Regno Neapolitano) Karoli Reg. Siciliae et Ieruſalem anno ſecundo. i. e. 1496. 4.*

Excitavit editionem hanc poſt alios Maitt. p. 630. At ad ſuppoſititias illam amandandam eſſe Cl. De Roſſi iam in Diſquiſ. de hebr. typogr. origine p. 72. et nouiſſime in Eiusd. Annal. hebr. typogr. P. III. p. 170 optime docuit. Hallucinantur enim auctores ii, qui notitiam illam „tertio editus ſub dominio domini noſtri don Carolo regis Siciliae ac Ieruſalem &c. anno ſecundo regni eius" quae in fine editionis Ortonenſis leguntur, de Carolo VIII. rege Galliarum interpretati ſunt, et de ſecundo anno eius imperii, qui anno 1496. reſpondet. Neapolitani enim regni dominum ea aetate tenebat Ferdinandus filius Alphonſi: Carolum igitur illum non alium eſſe, quam Carolum V. Imperatorem. Hiſpaniae et Siciliae regem, qui anno 1517. regnum aſſumſit, hancque editionem, quae facta eſt anno eius regni ſecundo, non niſi anno 1519. prodiiſſe, Piſaurenſem vero anni 1508, quae alias ad annum 1496. referebatur, primam huius operis editionem eſſe, recte iudicat Cl de Roſſi. Et editiones anni 1476 & 1486. apocryphas, illam vero anni 1461. plane ridiculam eſſe, idem vir clariſſimus monet, l. c. P. III. p. 153. & p. 159.

CXX. b. PALENTIAE.

MCCCCLXX.

1. RODERICI SANCTII de Arevallo Hiſtoria Hiſpanica, *Palentiae* 1470. *fol.*

Antonii Bibl. Hiſp. vel. II. p. 194. ſq. Caballero l. c. p. 2. Editio dubia. Eſt ſine dubio editio illa Romana circa ann. 1470. typis expreſſa, quam Annal. Vol. II. p. 416. n. 23. excitauimus. In fine huius editionis legitur: De mandato R. P. D. Roderici Epiſcopi Palentini auctoris huius libri - Hinc fortaſſe illae lacrymae!

CXXI. PAMPELVNAE.

MCCCCXCIX.

4. Titulo Virginal de Nueſtra Señora, auctore ALPHONSO DE FVENTIDVENA ex ordine Minorum. *Pompeiopoli per Arnaldum Guillen 1499. fol.*

Caballero l. c. p. 75.

SINE NOTA ANNI.

5. PETRI DE CASTROVOL ſuper Symbolum, ſive Pſalmum Athanaſii Quicunque vult ſaluus eſſe, Tractatus. *Pompeiopoli.*

Caballero l. c. p. 90.

CXXIII. PAPIAE.

MCCCCLXXXI.

17. b. Alberti de saxonia Expoſitio ſeu quaeſtiones in libros Ariſtotelis de Coelo et Mundo. *In fine:* Et ſic eſt finis huius queſtionis et totius operis libri de celo et mundo ad laudem dei et virginis marie *impreſſe papie per Antonium de carchano* 1481. *die veneris. XI. maii. Sequitur Regiſtrum. Char. goth. cum ſign. fol. min.*

Foſſi l. c. T. II. p. 552.

MCCCCLXXXII.

20. b. Ad preclariſſimum philoſophum ac medicum equitemque auratum dnm Magiſtrum Benedictum reguardatum Inuictiſſimi Franſici (ſic) sfortie ducis mediolani phiſicum et ſenatorem digniſſimum johannis marliani ſua etate philoſophorum et medicorum principis et ducalis phiſici primi de proportione motuum in velocitate quaeſtio ſubtiliſſima incipit. ex eiusdem Marliani originali feliciter extracta. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine:* Laus Deo. *Impreſſum Papie per Damianum de conphaloneriis de binaſcho. Die.* 16. *Decembris anni. M.* (*ſic*) 1482. *Amen. Char. goth. cum ſign.* 4. *min.*

Cf. Foſſi l. c. T. II. p. 154.

MCCCCLXXXII. & LXXXIII.

21. Liber Canonis quem Princeps aboali abinsçeni de medicina edidit translatus a Magiſtro Gerardo Cremonenſi in Toleto ab arabico in latinum. *Praecedit* Praefatio breuis. *Excipit* illam Tabula Capitulorum. *In fine Libri primi:* Expletus eſt Liber Canonis quem Princeps Aboali Abinſceni edidit, *impreſſus vero Papie anno Chriſti optimi MCCCCLXXXII. die XVI. Septembris. Sequitur* Tabula materiarum. Incipit *tum* Liber Canonis ſecundus Avicenne, verba Principis Aboali. *In fine:* Expletus eſt Liber ſecundus quem Princeps Avicenna de medicinis ſimplicibus edidit, *impreſſus Papie anno Chriſti optimi MCCCCLXXXII. die XXIII. Kalendas Octobris. In fine libri tertii: Impreſſus Papie Anno Chriſti optimi. M.CCCC.LXXXIII. die XVI. Aprilis. Sequitur* Tabula Libri quarti. *In fine huius libri:* Explicit liber quartus canonis auicenne. Deo gracias. *In fine libri quinti:* Completus eſt liber quintus Libri Canonis qui eſt Antidotarium Senis Regis Aboali Haiſſen filii Hali Abinſceni et eius complemento completus eſt liber totus. *Accedit tandem:* Libellus Avicenne de Viribus cordis quem Princeps Avicenna edidit: *Impreſſus Papie per Magiſtrum Antonium de Carcano & Hyeronimum de Durantibus anno Chriſti optimi MCCCCLXXXIII. die XXVII. Martii. Char. goth. fol.*

Poggio Notizie p. 79. *ſq.*

21. b. Rubrica de Sententia excommunicationis libro VI. *Haec in fronte fol.* 1. *a, col.* 1. *In fine:* Laus deo et uirgini glorioſe eius genitrici. *Impreſſum papie per magiſtrum antonium de carchano. M. CCCC.* 1483. (*ſic*) *die* 22. *octobr. Sequuntur* quatuor diſticha Gabrielis Mangani preſentis operis correctoris ad Franc. de euſtachiis: costa decus latii stephanvs quod ſtruxit habeto digne pater - canonum legumque monarcha Eſt auctor. ticini. primus in urbe legens. *Regiſtr. chartar. col.* 2. *cum ſign. foll.* 44. *fol. mai.*

Bibl. Cl. Ioſchii.

23. b.

23. b. Caietani de thienis Expoſitio Regularum ſoluendi Sophismatū Guillelmi Hentisberi. *In fine:* Finis egregii hentisberi regularum et ſophiſmatum (expoſitionis) per eximium ſophiſtam - magiſtrum gayetanum de tienis Emendate per acutiſſimum artium ac medicine doctorem. m. Franciſcum agubienſem - *Papie legentem* ac a hyeronimo de durantibus rogatu iuſſu atque ope. m. Pauli aurelii flochi de firmo *ibidem impreſſe diligenter M.CCCC.LXXXIII. pridie kalendat (ſic) februarias Ad laudem uirginis. Amen. Char. goth. cum ſign. fol. min.*

Foſſi l. c. T. II. p. 662.

29. b. Ludovici pontani de roma auctentica (*ſic*) ſimiliter C. ad l. falc. repetita. *In fine: Impreſſum papie. M. CCCC. LXXXIII. die VII. Februarii. Char. goth. col. 2. cum ſign. foll. 24. fol. mai.*

Bibl. Cl. Ioſchii.

MCCCCLXXXV.

42. In iſto uolumine continentur comenta infraſcriptarum legum edita per eximium I. V. doc. d. jasonem mainvm in felici ſtudio papienſi. videlicet Comentum L. Admonendi. ff. de iureiuran. L. Frater a fratre. ff. de condi. inde. L. Si arrogator. ff. de adopti. Autent. Noviſſima. C. de inoffi. teſta. L. Quotiens. C. de rei vendi. L. Si quando. C. unde vi. *Haec in fronte fol. 1. b. litt. mai. Praecedit* Tabula quaeſtionum. *In fine:* Commentaria l. admonendi.-- l. quot. r. l. ſi qn: per clariſſimum - D. Jaſonem Maynum Mediolanenſem: ordinarium munus in felici gimnaſio Papienſi obeuntem: ſubtiliter et copioſe nouiter edita: *Expliciunt: lris eneis ibidem: per Chriſtoforum de canibus: et Stephanum de georgiis: artis impreſſorie conſotios diligenter demandata. Anno ſalutis noſtrae.* 1485 *quinto idus iunias. imperante Illuſtriſſimo et excellentiſſimo Diuo Johanne galeaz - Ad ſuperni - Dei laudem. Sequuntur* diſticha quaedam. *In fine illorum: Opera et impenſis domini Baptiſte de ſcarabellis legum ſcholaris impreſſa. Char. goth. cum ſign. fol. mai.*

Hupfauer l. c. p. 75. Biblioth. Ioſch.

MCCCCLXXXVII.

50. b. Alexandri de imola additiones ſeu apoſtille ſuper lectura Bartholi in prima parte Codicis - *Praecedit:* Rubrica de edendo. *foll. 6.* Incipiunt *tum* additiones ſeu apoſtille dni Alexandri de Imola &c. *In fine:* Additiones ad Bar. una cum lectura efulgentiſſimi cenſura utriusque ſyderis Alexandri tartagnie imolenſis in primam codicis partem. per doctiſſimos preclariſſimosque doctores quam diligenter emendate Feliciter expliciunt. *Impreſſum per xpoforum d'canibus. Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo primo Kalendas ſeptembris Papie impreſſe ad laudem Dei et utilitatem ſtudentium. ſub Illuſtriſſimo Johanne Galeazio - duce ſexto et domino inuictiſſimo. Char. goth. cum ſign. fol. mai.*

Hupfauer l. c. p. 96. ſq.

MCCCCLXXXIX.

69. Baldi de pervsio ſuper Inſtitutionibus commentum: *Incipit:* cum quibusdam eiusdem Baldi conſiliis: et repetitionibus - Angeli & Bartholomei de ſaliceto. *In fine commenti fol. h. 4. b:* Lectura Baldi - *correcta diligenterque Impreſſa Papie per*

Chriſtoferum de canibus. Anno dni MCCCCLXXXVIII. Sequuntur Conſilia et rubr. foll. *Char. goth. col. 2. fol. mai.*

Biblioth. Cl. Ioſchii.

72. Alexandri de ales Summae Pars II. *Praecedit* tabula. *Incipit tum* liber ſecundus ſumme Alexandri de ales : irrefragabilis doctoris pariſienſis : ordinis minorum obſeruantiſſimi. *In fine :* Secunde partis Summe Alex. de ales adeſt finis. *Papie per egre. Joannemantonium de birretis & Franciſcum gyrardengum ſocios fuit impreſſa Labenti anno dni.* 1489. *Die XX. Octobris. Char. goth. cum ſign.* 4. *min.*

Foſſi l. c. T. III. p. 7. Cf. Catalog. Biblioth. Thott. p. 128. ubi pars tertia per eosdem ann. 1489. excitatur.

MCCCCXCII.

91. b. Bartholomaei cepollae Tractatus Cautelarum. *Praecedit* Tabula *foll. 2. Fol. 3.* Incipit tractatus cautelarum famoſiſſimi doctoris dni Bartholomei cepolle de verona. *In fine :* Finiunt cautele iuris utriusque doc. do. Bartholomei cepolle Veronenſis. *Papie : Joanne antonio biretta impreſſionis huius auctore* 1492. *Kalendis Aprilis. Char. goth. cum ſign. & cuſt. col. 2. fol. mai.*

Hupfauer l. c. p. 141.

MCCCCXCIV.

106. Repetitio de notabili C. veſtra de cohabitatione cle. et mul. edita per - d. antonivm de bvtiro &c. *Sigillum in fine - foll.* 14. *fol.*

Biblioth. Ioſch.

MCCCCXCVII.

141. Collectum inſtitutionum. Iurisque viaticum Deo cooperante noviter compoſitum. Libellus utiliſſimus - applicari poſſunt. Leonardus Gerla. *Haec in fronte fol. 1. a. Sequitur* Praefatio et opus. In capituli ultimi medio legitur : collectus fuit &c. *In fine ſigillum et ſubſcriptio : Impreſſum &c.* 4.

Biblioth. Ioſch.

MCCCCXCVIIII.

172. Clariſſimi viri et certiſſimi legum vatis aduocatique Conſiſtorialis digniſſimi ac Iuriſconſultorum noſtre etatis principis. d. bartholomei socini ſenenſis ſubtiliſſima et vtiliſſima commentaria in difficillimum titulum. ff. de rebus dubiis feliciter Incipiunt. *Haec in fronte fol. 1. a. col. 1. In fine fol. 31. a. col. 2.* Expliciunt ſubtiliſſima et utiliſſima Commentaria ſuper toto titulo ff. de rebus dubiis. et ſuper toto titu. de his que pene nomine relinq. edita per Clariſſimum Uirum et merito ante alios legum interpretes excellentem do. Bartholomeum Socinum Senenſem diligenter *Formis exculpta Papie opera impenſa. do. Jo. d'lignano. et Girardum de Zeijs de Tridino. M.CCCCLXXXXVIIII. die III. Junii. Fol. eod. b. ſequitur* Tabula, *quae fol.* 34. *b. terminatur. In fine :* finis. *Char. goth. cum ſign. col. 2. fol. mai.*

Collectio noſtra.

MD.

175. b. Dictionarium alberti de rosati cum additionibus Joannis baptiſte de caſtelliano. *Papiae per magiſtrum Bernardum de Garaldis. MD. fol.*

Biblioth. Erlang.

SINE

SINE NOTA ANNI.

176. b. BONIFACIVS SYMONETA ad Venetos de pace ſervanda. *Papiae per Antonium Carcanum. fol.*

Catal. Bibl. Thott. T. VII. p. 114.

191. JOANNIS MARLIANI Diſputatio cum Magiſtro Joanne de Arculis in diverſis materiis ad philoſophiam et utramque partem medicine pertinentibus. *In fine :* Expliciunt opera ſubtiliſſima Clariſſimi - Johannis Marliani &c. *Char. goth. Damiani Confalionerii Papienſ. typ. cum ſign.* 4.

Foſſi l. c. T. III. p. 152.

192. BALDI NOVELLI DE PERVSIO in §. Cato l. IIII. ff. de uerborum obligatione. *In fine : Impreſſum papie per Leonardum gerllam. Inſigne typogr. Char. goth. cum ſign. fol. mai.*

Foſſi l. c. T. III. p. 23.

193. REGVLAE ſoluendi ſophismata. *In fine :* Correctarum per eximium artium et medicine doctorem Mrm Johannem petrum de la porta philoſophie ordinariam legentem in felici ſtudio Papienſi. *Char. goth. Hieronymi de Durantis, cum ſign. fol. min.*

Foſſi l. c. T. III. p. 133.

194. Tractatus vberrimus de ſervitutibus vrbanorum prediorum per eximium iureconſultum BARTHOLOMEVM CEPOLLAM veronenſem ſummopere confectus. *Praecedit* Tabula *foll.* 3. *In fine fol.* 38. *a.* Tractatus dni Bartholomei cepolle de verona de ſeruitutibus vrbanorum prediorum finitur. *Char. goth. Joh. Anton. Birettae cum ſign. fol.*

Hupfauer l. c. p. 304.

321. b. Joannis sulpitii Verulani de arte grammatica opuſculum compendioſum. *In fine litteris maiuſculis: ROMAE MCCCCLXXXI. NONIS AVGVSTI. Sequitur* Regiſtrum. *Char. Steph. Planck, ſine ſign. cuſt. & foll. num. 4.*

Audiffr. Specim. p. 6. not. 1. Extat etiam editio Barchinonenſis huius anni, quam ignoraſſe videtur Audiffredi.

MCCCCLXXXII.

329. b. Missale ſecundum conſuetudinem Romanae curiae. *In fine:* Sacrum ſanctumque hoc opus ad honorem et gloriam omnipotentis dei ac domini noſtri ieſu chriſti *Impreſſum Romae per venerabilem virum magiſtrum Stephanum Planck de Patauia. Sub anno Dni Milleſimo quadringenteſimooctuageſimoſecundo. Die vero quinta menſis Marcii. Regnante Sanctiſſimo in xpo patre et domino nro: dno Sixto diuina prouidentia papa quarto. Anno eius undecimo. Regiſtrum, in cuius fine:* Finit feliciter. *Char. maior. & minor. nigro rubro, cum foll. num. I-CCLXXXIII. (impreſſis vero 291) col. 2. lin. 32. fol.*

Foſſi l. c. T. II. p. 199. ſq.

MCCCCLXXXIV.

368. Benedictus maffeus de laudibus vita et moribus Joannis Epiſcopi et Comitis Caſtrenſis. *Fol. 1. b.* Epiſtola auctoris. *Fol. 2. a.* Sanctiſſimo d. N. Pape Sixto. IIII. Pont. Maximo de laudibus & vita ac moribus Sapientiſſimi patris et domini d. Johannis Epiſcopi et Comitis Caſtrenſis Benedictus Maffeus maioris preſidentie Abbreviator Apoſtolicus poſt pedum oſcula devotorum humilem commendationem et ſalutem plurimam et longaeuam foelicitatem dicit. *In fine: Rome Quarto kal. Maii. Anno ſalutis. Quadringenteſimooctuageſimo Quarto. Supra Milleſimum. Anno Sixti Pont. Max. Tertiodecimo. Char. Joann. Beſicken, ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll. 24. 4. min.*

Foſſi l. c. T. II. p. 118.

MCCCCXC.

448. Ant. mancinelli Epitoma ſeu Regulae Conſtructionis. Tituli Perſonalia verba tit. 1. Imperſonalia. II. - Participia XIII. Figurae XIIII. Summa Declinationis. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. eod. b.* Epiſtola nuncupatoria auctoris cum epigraphe: Ant. Mancinellus et artium et medicinae Doctori eximio: Philoſophoque acutiſſimo Baptiſtae Gorio Veliterno Civique optimo. S. P. *In fine poſt epigramma in operis laudem: Impreſſum eſt opus Romae per magiſtrum Stephanum Planck: Abſolutumque die XX. Decembris. M.CCCC.XC. Sequuntur* Emendanda. *Char. rom. cum ſign. a-b. 4. min.*

Foſſi l. c. T. II. p. 129. ſq.

MCCCCXCII.

MCCCCXCII.

486. Regulae cancellariae Apoſtolicae ſub Alexandro VI. *In fine:* Lecte & publicate &c. *Tandem: Eucharius Silber: al's Franck impreſſit.* 4.

Foſſi l. c. T. II. p. 502.

MCCCCXCIX.

600. b. Antonii mancinelli Speculum de moribus. Vitae Sylva. Latini ſermonis Emporium. *Romae per Petrum de Turri* 1499. 4.

Catal. Biblioth. Thott. Tom. VII. p. 193.

MD.

605. b. Ant. mancinelli. Spica Voluminum quattuor. Verſilogus. *In fine Spicae: Haec eſt ſecunda Spicae Romana impreſſio per Joannem Beſicken et Martinum de Amſterdam. Anno xpi .M. D. die. XII. decembris. Sequitur* Verſilogus. *In fine: Haec quidem eſt tertia Verſilogi Romana impreſſio per Joannem Beſicken et Martinum de Amſterdam Anno xpi .M D. die vero. XII. menſis Decembris. Accedit* brevis epiſtola Mancinelli ad Aventinum Pitium data Ex Urbe Novembris idibus. M.CCCC.LXXXVIII. *Char. rom. cum ſign. a - i.* 4.

Foſſi l. c. T. II. p. 132. *ſq.*

SINE NOTA ANNI.

652. Alberti de ferrariis. Tractatus de horis canonicis. *Fol.* 1. *a.* In nomine domini amen. Tabula compoſita a dno Alberto de ferrariis utriuſque iuris doctore de placētia ſuper infra ſcripto opuſculo de horis canonicis in modum ut ſequitur &c. *In fine huius tabulae fol.* 4. *b.* Finis tabule huius. *Fol.* 5. *a. Incipit nunc* tractatus de horis canonicis: *In fine fol. ult. b.* LAVS DEO. *Char. rom. eod. quo ap. S. Euſtachium in domo Anton. & Raphael. de vulteriis imprimebatur, ſine ſign. cuſt. & foll. num. lin.* 30. 4.

Hupfauer l. c. p. 307. *Editio diverſa; praecedens eſt Bartholom. Guldenbeck. Repetitam per eund. typ. B. G. vid. n.* 683. *Differunt enim num. folior.*

665. b. Epiſtola leonardi aretini de amore Guiſtardi (*ſic*) et Sigiſmunde filie Tancredi principis Salernitani. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Sequitur* epiſtola nuncupatoria ad Bindaccium Ricaſulanum. *Fol. ſq. incipit* opuſculum quod ex italico Joannis Boccacii latinum fecit Aretinus. *In fine:* Finit de Guiſtardi (*ſic*) et Sigiſmunde amore Epiſtola foeliciter. *Char. rudiuſc. Charatteri Gensbergii affini, ſine ſign. cuſt. & pagg. num. lin.* 28. 4.

Foſſi l. c. T. I. p. 422.

668. b. Lavdivii Equitis Hieroſolymitani de laudibus ſapientie ac virtutis exhortatio ad d. Malitiam Caraffam. *Char. lat. Gensberg. foll.* 3. 4.

Biblioth. Minorit. Ratisb.

710. b. Evsebii conradi Mediolanenſis Canonici Regularis Congregationis Lateranenſis brevis annotatio in errores ſcribentium ſanctum Auguſtinum fuiſſe heremitam Ad Sixtum. IIII. Pont. Max. Et ad Reverendiſſum Dominum Jo. Jac. Cardinalem Parmenſem. Et ceteros Cardinales. *Haec in fronte. Char. rom. Silberi, lin.* 25. *foll.* 8. 4.

Foſſi l. c. T. I. p. 572. *Differt titulo a praecedenti editione.*

710. c.

710. c. EVSEBIVS CONRADVS Mediolan. canon. regularis congreg. lateran. ad Sixtum IIII. pro aufferenda de eccleſia errore ſcribentium S. Auguſtinum eccleſie doctorem fuiſſe heremitam. *Accedit:* AVGVSTINVS de moribus et vita clericorum. POSSIDII vita Auguſtini. Epiſtola ſi liceat clericis populum perſecutionis tempore relinquere. Ode in Auguſtinum. (*Romae fortaſſe?*) *fol.* 31. 4.

Biblioth. Minoritar. Ratisp.

772. b. Tractatus clariſſimi Philoſophi et medici MATHEOLI peruſini de Memoria. *In fine:* Hec igitur ſunt viri digni medicinalia que inter alia electiſſima pro ſervanda memoria et finem facio. *Char. goth. Steph. Planck, lin.* 33. *fol.* 4. 4.

Foſſi l. c. T. III. p. 111. *Cf. Audiffr. Specim. p.* 340. *ubi alia Char. Silberi excitatur, quae forte non alia eſt, quam haec.*

812. JACOBI ZACHARIAE Libellus inſcriptionum et ſubſcriptionum epiſtolarum. *In fine:* Finis. *Sequuntur* diſticha duo. *Tandem: Impreſſum Romae per Magiſtrum Stephanum Planck. Char. goth. cum ſign. a-c. lin.* 28. 4. *min.*

Foſſi l. c. T. II. p. 833.

831. b. BENEDICTI MAFFEI Epiſtola ad Joannem Nicolaum Maffelam. *Char. Joh. Beſicken foll.* 6. 4.

Foſſi l. c. T. II. p. 117.

864. INNOCENTII VIII. Bulla pro publicatione translationis S. Leopoldi Marchionis. *Extat in collectione noſtra exemplum huius Bullae in fol. et in forma patente, uti dicitur, impreſſae; accedit et alia Indulgentiarum monaſterio Clauſtrneoburgenſ. conceſſar. pro reparatione eccleſiae in qua corpus Leopoldi iacet. Data eſt prima Romae* 1485. *XV. Cal. Martii; altera vero VI. Non. Martii* 1485. *Char. videtur Moguntinus, isque quo Itinerar. Breidenb. a.* 1486. *ibidem impreſſum fuit.*

887. Liber YSIDORI contra Judeos. *Haec in fronte fol.* 1. *a. litteris capitalibus. Sequitur* immediate opus ipſum *et terminatur fol.* 35. *a. Accedunt* Narrationes ex Joſepho, epiſtola Pilati ad Claudium Ceſarem, et tandem fragmentum vitae S. Iſidori, *quod fol.* 38. *a. lin.* 21. *terminatur.* Regiſtr. folior. *Char. rom. ſine ſign. cuſt. & foll. num. lin.* 27. 4.

Biblioth. Cl. Ioſchi

926. Summa JOANNIS ANDREAE de Sponſalibus et Matrimoniis. Et primo diffinit Sponſalia. *Haec in fronte. In fine:* Finit ſumma Jo. An. de ſpon. et matrimo. (*Romae, ut uidetur*) *Char. rom. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. lin.* 27. *foll.* 10. 4. *min.*

Foſſi l. c. T. I. p. 99.

927. IMPEDIMENTA ſuſceptionis ordinum et executionis officiorum ipſorum quando qui ſine diſpenſatione cum talibus impedimentis ad ordines promoventur. *In fine:* ET SIC EST FINIS. *Editio, ut uidetur Romana. Char. rom. foll.* 3. 4.

Foſſi l. c. T. II. p. 9.

928. ORATIO in funere Cardinalis Spoletani. *Romae, ut uidetur. foll.* 6. 4.

Biblioth. Minorit. Ratisb.

929. GVILELMI CAORSIN Rhodiorum Vicecancellarii obſidionis Rhodie urbis deſcriptio. *Char. rom. foll.* 18. 4.

Biblioth. Minorit. Ratisb. Adfuit n. 741. *alia editio Romana foll.* 12.

CLI.

CLI. SALMANTICAE.

SINE NOTA ANNI.

21. Repeticion de amores, y Arte de Ajedrez con 150 iuegos de partido, auctore anonymo de Lucena, filio Johannis de Lucena (*Salamanticae* 1500.)
Caballero l. c. p. 82.

22. Bartholomaei rhamis ſeu ramos de pareia Tractatus de Muſica. *Salamanticae.*
Caballero l. c. p. 96. *Bartholomaeus hic poſtea ex Hiſpania, Bononiam vocatus, Muſicam ibidem publice profitebatur. Plura de hoc viro lectu digna ibidem affert Cl. Caballero. Scriptum Nicolai Burtii contra illum Bononiae* 1487. *editum, illudque acerbiſſimum, excitauimus Annal. Vol. I. p.* 217. *n.* 97.

CLVIII. SENIS.

MCCCCLXXXVII.

9. b. Lavrentii vallensis viri Clariſſimi Elegantie ad breue quoddam ad (*ſic*) perutile redacte Compendium. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine :* Deo Gratias. Finis Elegantiarum disertiſſimi. viri Laurentii Vallensis. *Senis in domo Magiſtri Henrici de colonia. anno dni. .M. CCCC. LXXXVII. die. VIII. maij. Tandem* Tetraſtichon : Abſtulerat Latio multos Germania libros &c. *Char. goth. cum ſign. a-i.* 4. *min.*
Maitt. Append. II. p. 559. *Foſſi l. c. T. III. p.* 124.

MCCCCXCIII.

28. Subtilis diſputatio (ex materia teſtament.) Acutiſſimi iuris conſulti domini bvlgarini de bvlgarinis Senenſis. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine - per magiſtrum Henricum de baerlem - ſalutis. .M.CCCC.LXXXXIII. Die &c. fol. mai.*
Bibl. Cl. Ioſchii.

28. b. Repetitio ſolempnis (*ſic*) et vtilis domini jo. baptiste de caccialvpis de ſancto ſeuerino ſuper l. imperium. et l. iubere cauere. ff. de iurisd. om. iudi. *In fine :* Explicite ſunt repetitiones predicte - ſolempniter reuiſe ac correcte *Senisque impreſſe Per magiſtrum Henricum de Haerlem Anno domini .M.CCCC.LXXXXIII. Die XI. menſis may. Sequitur* Tabula. *Char. goth. col.* 2. *foll.* 16. *fol. mai.*
Bibl. Cl. Ioſchii.

CLVIII. b. SLESWICI.

MCCCCLXXXVI.

1. Missale ſecundum Ordinarium et ritum eccleſiae Sleswicenſis. Per Jacobum Horſtman formatum, emendatum et correctum, *impreſſumque in Sleswick arte et ingenio Stephani Arndes* 1486. *fol.*
Catal. Bibl. Thott. T. VII. p. 30. *Impreſſit hic Stephanus Arndes eod. anno Lubecae.*

CLX. SORAE vel SORIAE. (ISCAR)

MCCCCLXXXV.

1. R. JACOBI BEN ASCHER Sefer Orach Chaiim, ſeu liber ſemitae vitae. *Cf. Annal. Vol. III. p. 548. n. 1. Ulyſſipone, primum hunc ordinem Arba Turim prodiiſſe, olim putabat Cl. de Roſſi in diſq. de hebr. typogr. orig. p. 23. n. VI. Sed cum poſtea ſecundum ordinem, eadem charta & forma eodemque charactere biennio poſt in ISCAR, vel SORIAE in Hiſpania impreſſum inveniſſet, et hanc editionem primi ordinis eodem loco prodiiſſe, recte iudicavit in opere noviſſimo Annal. ebr. typogr. P. I. p. 39. ſqq. Caeterum tota editionis ratio, litterarum ornamenta ac characterum forma, Luſitaniam vel Hiſpaniam potius, quam Italiam produnt, locumque illum ISCAR, hactenus incertum, in regno Hiſpaniae quaerendum eſſe ſuadent.*

MCCCCLXXXVII.

2. R. JACOBI BEN ASCHER Iore deha ſeu II. ordo Arba turim. *Ignota haec editio paucis abhinc annis a Cl. De Roſſi reperta, forma, typis ac in ceteris omnibus congruit cum editione praecedenti primi ordinis Orach chaiim anni* 1485. *Conſtat foll.* 137. *elegantique explicit carmine, in quo ſub dimidium eius exempla in Iscar dicuntur completa, ac paulo poſt anno,, lux mihi,, ſeu CCXCVII. (Chriſti MCCCCLXXXVII. Initiales vero litterae membrorum primae columnae dant hoc nomen: Ego Eliezer filius Alanta. Subiicitur Sigillum erectum leonem repraeſentans. fol.*

Extat exemplum in Biblioth. Cl. de Roſſi. Cf. Eiusd. Annal. ebr. typogr. P. I. p. 54.

MCCCCXC.

1. PENTATEVCHVS ſine punctis &c. *Cf. Cl. de Roſſi Annal. hebr. typogr. P. I. p. 73. ſqq.*

SINE NOTA ANNI.

2. PENTATEVCHVS cum Haphtaroth et V. Meghilloth, ſeu Prophetarum ſectionibus et ſacris Voluminibus Cantici Canticorum, Ruth, Eccleſiaſtis, Threnorum & Eſtheris, ſine punctis. *Incipit fol. verſo ſine ullo titulo a primo Geneſeos capite maiuſcula tantummodo et ornata praefixa prima littera Beth, eademque ad amuſſim quae in Ulyſſiponenſi Pentateucho conſpicitur ſub initium chaldaicae Onkeloſi Paraphraſis. Sic et maiuſculis ornatiſque elementis totidemque tabellis inſculptis inchoantur libri reliqui. Character ſacri text. hiſpanicus eſt, col. 2. lin. 27. expreſſus. Sub finem Pentateuchi & V. Voluminum extat ea erecti leonis imago vel typographi ſigillum, vel ſignum, quod in Orach chaiim, in Iore deha et Pentateucho in Iscar excuſis reperitur. Ex hoc ſigno ac ſumma conſenſione cum Pentateucho Iſcariano anni* 1490 *patet, in uno eodemque loco Pentateuchum utrumque lucem vidiſſe. 4. mai.*

Et hanc editionem rariſſimam primus detexit Cl. de Roſſi Cf. l. c. P. II. p. 143.

CLIX.

CLIX. SONCINI.

(Urbe Italiae inter Cremonam et Brixiam ſita)

MCCCCLXXX.

*1. R. ISAACI SAHOLAE Maſcal akkudmodni, ſeu Proverbium antiquum. *Soncini CCXL. Chriſti MCCCCLXXX.* 4.

Excitatur in Catal. Bibl. Oppenheimer. fol. 29. At fictitiam eſſe hanc editionem patet. Hoc anno enim nondum erecta erat Soncini hebraica typographia. Eſt forte editio a. 1506. quam Wolff. Bibl. hebr. T. III. p. 617. affert. Cf. de Roſſi Annal. ebr. typogr. P. III. p. 155.

MCCCCLXXXI.

1. R. JACOB BEN ASCHER Arba turim etc. *Editionem hanc non modo dubiam et incertam, ſed omnino ſuppoſititiam et falſam eſſe, recte iam contendit Cl. de Roſſi in Annal. ebr. typogr. P. III. p. 156. ſq. Eſt fortaſſe conficta ex editione, quae ſine loco et anno, ſed Soncini circa annum 1490. prodiit, quam nuperrime detexit idem vir praeſtantiſſimus Cf. l. c. P. II. p. 138. n. XXIV.*

MCCCCLXXXIV.

2. (R. IEDAIAE APPENINI, vel R. SALOMONIS GAVIROL) MIBCHAR HAPPENINIM. *Incipit a perbrevi monito, vel praefatiuncula 7. linear. anonymi auctoris Commentarii. Excipit illam titulus char. maior. et operis textus, char. quadr. minor. cui rabbinic. ſubiicitur commentarius. In fine fuſa correctoris epigraphe, ex qua patet &c. Cum ſequens tractatus BERACHOTH librum hunc integro menſe praeceſſerit, ille tanquam primus celeberrimorum Soncinatum foetus, ut hucusque habebatur, haberi iam non amplius poteſt. Cf. De Roſſi l. c. P. I. p. 35.* Continet opuſculum hoc ſelectiſſima veterum ſapientum apophtegmata & ſententias ex arabico hebraice translata, auctore vel collectore R. Iedaia Appenini vel R. Salomone ben Gavirol. *Editio anni 1485, cuius in Annalib. Helmſt. 1782. p. 203. mentio fit, nulla eſt. Cf. l. c. P. III. p. 157.*

3. Tractatus talmudicus BERACHOTH ſeu de benedictionibus &c. *Primus eſt Soncinatum foetus editio haec, quod ex ipſius epigraphis contextu patet luculentiſſime, in quo recenter erectae Soncinatum typographiae hiſtoria attingitur, atque ab hoc libro initium feliciter factum eſſe diſſertiſſime traditur. Sine cuſt. & foll. num. ſed cum ſignat. Cf. De Roſſi l. c. P. I. p. 28. ſq. it. Diſſert. praelim. §. XVII. ubi de Soncinatibus, typographis celeberrimis, qui in varias Italiae urbes ac Conſtantinopolim tandem artem hanc transtulerunt, agitur. Poſſidet vir cel. exemplum huius editionis membranaceum. Editio anni 1489, quam poſt alios excitat Maitt. p. 505. fictitia eſt. Cf. l. c. P. III. p. 160. n. XXVI. Sic et editio Tractat. Betza eiusd. anni ibidem excitata, nulla eſt.*

MCCCCLXXXV.

4. R. IEDAIAE HAPPENINI Bechinath olam &c. *Dies XXIV. chislev, cuius in ſubſcriptione huius editionis mentio fit, incidit in decembrem anni noſtri 1484. adhuc decurrentis. Ad hunc ergo annum eſt referenda editio, non ad annum 1485. Sic Cl. De Roſſi l. c. P. I. p. 38.*

MCCCCLXXXVI.

5. Prophetae Priores, ſcil. Ioſua &c. *Sacri Bibliorum codicis nihil hucusque praeter Pſalterium ac Pentateuchum excuſum fuerat. Priores ergo Prophetas, qui primi poſt Moſis libros veniunt, cum Kimchii commentario luculenter hoc anno imprimere aggreſſi ſunt Soncinates. Dies vero VI. menſis marchesvan, quo abſoluta eſt haec editio, incidit ſub finem Octobris anni noſtri adhuc decurrentis* 1485. *non* 1486. *ut male hucusque conſtitutum eſt ab omnibus bibliographis, qui de illa egerunt. Sic Cl. De Roſſi l. c. P. I. p.* 40.

6. Prophetae Poſteriores, ſcil. Iſaias &c. *Vix excuſis prioribus Prophetis ad poſteriores ſtatim animum et operam converterunt Soncinates. Recte ergo refertur editio haec ad ann. Chr.* 1486. *Incipit fol.* 1. *b. a Kimchi praefatione in Iſaiam. Prima dictio cuiuslibet libri ac prophetae omiſſa eſt, relicto ſpatio, plerumque amplo, ut lignea tabula ac litteris, uel manu ſuppleretur. In fine:* Finitus eſt et perfectus laus Deo mundi. *Cf. De Roſſi l. c. P. II. p.* 131.

7. R. Josephvs Albo Sefer Ikkarim. *Poſt typographi monitum, quod primo folio ſeparato ac verſo continetur, liber ipſe incipit, praemiſſa tituli veluti loco prima dictione* למרמ *maiuſculis ligneisque litteris, ſeu ligneo ornatu concluſis.* Scopus operis eſt iudaicae religionis articulos illuſtrare ac vindicare. *Conſtat foll.* 107. *habetque in inferiori margine ſignaturas. Extant bina exempla huius editionis in Biblioth. Cl. de Roſſi. Cf. Eiusd. l. c. P. I. p.* 44. *ſeqq. Exemplum quod poſſidet Biblioth. Magliabech. breuiter deſcripſit Cl. Foſſius l. c. T. I. p.* 50. *Editio anni* 1487. *apocrypha eſt.*

8. Machasor ſeu iudaicarum precum Breuiarium totius anni italici ritus. *In binas partes vel volumina dividitur editio haec ſine dubio primaria, quorum primum foliis conſtat impreſſis* 165, *ſecundum* 154. *univerſum opus* 319. *In praeſtantiſſimo ac pretioſiſſimo exemplo membranaceo, quod poſſidet Cl. de Roſſi, margo ampliſſimus. Extant ſignaturae, quolibet quaternione, ſed prima omittitur, numeratisque foliis, quae ſignaturam* ב *ſeu ſecundam praecedunt, ſeptem tantum in exemplari De Roſſiano reperiuntur. Praecedebat fortaſſe folium album. Menſis tiſri, quo coepta eſt haec editio reſpondet Septembri noſtro anni* 1485, *dies vero XX ellul, quo abſoluta, cadit in finem Auguſti, vel initium Septembris anni* 1486. *integro anno evoluto. Cf. de Roſſi l. c. P. I. p.* 46. *ſqq.*

MCCCCLXXXVII.

8. b. Seder tachanvnim ſeu Ordo deprecationum. *In fine:* Hicque explicit ordo deprecationum, quo utuntur Romani, quos Deus cuſtodiat, *finis eius feria IV. die XXIII. jiar (April.) ann. CCXLVII. (Chriſti MCCCCLXXXVII.) hic Soncini. Char. quadr. cum punctis foll.* 31. 4. *min.*

De Roſſi l. c. P. I. p. 51.

8. c. R. salomonis jarchi Commentarius in Pentateuchum. *Incipit folio verſo:* ab ipſo Commentario, *praemiſſa veluti tituli loco maiuſculis ornatisque litteris ligno inſculptis prima ſacri textus dictione BERESCHIT concluſaque pagina eleganti quodam ornatu, qui ramaſculos ac flores repraeſentat ſimul connexos, infra vero vacuum ſtemmatis locum, e cuius lateribus hinc inde bini angeli aſſident. Praecedit folium album. In fine:*

Expli-

Explicit liber Deuteronomii: et expliciunt cum eo V. libri legis, opitulante Deo, *die XV. menſis sivan (maii) ann. CCXLVII. minoris ſupputationis, (Chriſti MCCCC LXXXVII)* Benedictus qui dat defeſſo virtutem, et ei, qui viribus deſtituitur, robur addit. *Char. rabb. eod. qui in praecedentibus Soncini editionibus eſt adbibitus; col. 2. lin. 46. cum ſign. interdum etiam cum cuſtodib. foll.* 87. *fol.*

> *Editio rariſſima, quae Iudaeis ac Chriſtianis omnibus bibliographis ipſique Cl. de Roſſi olim ignotiſſima fuit. Bina nunc idem vir praeſtantiſſimus eius exempla detexit, eamque primus deſcripſit in Annal. hebr. typogr. Sabionetae p.* 25, *et nunc in Annal. ebr. typogr. Sec. XV. P. I. p.* 51.

MCCCCLXXXVIII.

9. BIBLIA HEBRAICA integra. *Incipit haec editio verſa folii pagina a prima Geneſeos voce BERES HIT maiuſculis ornatisque litteris ligno inſculptis expreſſa, eaque tabula vel ornatu clauſa, qui Soncinenſi priorum Prophetarum editioni praemittitur. Iisdem maiuſculis litteris vel dictionibus incboantur plerique libri. Duabus conſtant columnis paginae, paucis exceptis, quae ſunt integrae, columna quaelibet communiter lineis* 30, *aliquando tamen una linea minuitur vel excedit, rarius duabus. Folia non numerantur, ſed habent ſupra expreſſos librorum vel ſectionum titulos, infra vero cuſtodes et ſignaturas. Initia ſectionum legis quadrato charactere ſunt exarata, character textus eſt paulo minor eo, qui in Prophetis an.* 1486. *aliisque Soncinenſibus editionibus conſpicitur. Folia, eaque impreſſa in exemplo integerrimo quod poſſidet Cl. de Roſſi ſunt* 380. *quorum* 99 *occupat Pentateuchus,* 13. *Megilloth, quae hic Pentateucho ſuccedunt eo modo et ordine quo in Bibliis Hoogthianis,* 87. *Prophetae priores, quorum poſtremo verſo incipit Iſaias,* 88. *poſteriores,* 93. *Hagiographa. Exemplaribus a nobis memoratis accedunt praeter illud quod Romae in Bibliotheca Collegii Romani aſſervatur bina, quae in manus Cl. de Roſſi devenerunt, quorum alterum Bibliothecam ſplendidiſſimam Viri praeclariſſimi exornat, alterum illud eſt, quod in Catal. Bibl. Bolongaro-Crevenn. T. I. p.* 3. *occurrit, quodque poſtea* 500. *flor. holl. divenditum fuit. Cf. Cl. de Roſſi l. c. P. I. p.* 54. *ubi de huius editionis rariſſimae conditione tam externa, quam interna doctiſſime agitur.*

MCCCCLXXXIX.

10. R. MOSIS filii JACOBI KOTZENSIS Sefer mitzvoth gadol. *Diſpeſcitur in duas partes, quarum prima foll.* 102. *praecepta Moſaica negantia, altera foll.* 178. *affirmantia exhibet. Incipit ab auctoris praefatione, praemiſſis conſuetis tribus Pſalmorum verſibus:* Quam dilexi legem tuam &c. *ligneoque ornatu, quo primum eiusdem praefationis vocabulum ſeu Moſis nomen continetur. Paginae in binas columnas diviſae, quae conſtant communiter lineis* 48. *Dies XV. tebeth cuius in ſubſcriptione mentio fit, incidit in finem decembris anni noſtri exeuntis* 1488, *vel in initium ianuarii novi anni* 1489. *Gerſon hoc anno Soncini adhuc degebat nec patriam deſeruerat, ideoque nullum dubium eſt, quin Soncini prodierit editio. Prima eſt etiam, in qua eius nomen ſolum compareat, quod deinde, deſerta patria, ac pervagatis pluribus Italiae urbibus, editisque ubique libris, adeo celebre evaſit, donec tandem ſenex abiit Conſtantinopolim, ubi paulo poſt editum anno* 1530. *Kimchii Michlol ſupremum obiit diem. Cf. Cl. de Roſſi l. c. P. I. p.* 61. *ſq.*

10. b. Tractatus talmudicus CHOLIN ſeu de Prophanis, cum Toſephoth, ſeu Additamentis, Commentario Raſci, & Piske toſaphoth vel Deciſionibus eorundem additamentorum. *Praecedit fol.* 1. *a.* fuſa correctoris R. Dauid filii R. Eliae Levitae praefatio vel monitum. *Pagina ſequens qua opus incipit ligneo eo ornatu circumdata eſt, qui in aliis Soncinatum editionibus occurrit. In fine:* Explicit tractatus Cholin *hodie, die XV. menſis tamuz anno CCXLIX. aerae minoris, id eſt ſub finem Junii anni noſtri MCCCCLXXXIX., et quidem, ut notae omnes oſtendunt Soncini a Gersone Soncinate, qui hoc anno ac ſequenti adhuc in patria reperiebatur. Conſtat foll.* 184. *fol.*

Editionem hanc perraram hucusque ignotam detexit Cl. de Roſſi, qui bina illius exempla poſſidet. Cf. Eiusd. l. c. P. I. p. 63. *ſq.*

10. c. Tractatus talmudicus NIDDA, ſeu Menſtruatae cum Tosephoth, Commentario R. Salomonis Iarchi, et Piske tosaphoth. *Congruit haec editio rariſſima in omnibus cum editione tractatus Cholin huius anni. In fine:* Confitebor Domino in toto corde meo - qui non dereliquit mecum miſericordiam ſuam - et accinxit me fortitudine - dignumque me fecit corrigere hos duos tractatus margaritis pretioſiores, quos quicumque vidit, ardenter eos appetit. *Finitum porro eſt opus hodie die XXV. menſis av. anno* „qui perficit" *ſeu CCXLIX. minoris ſupputationis (Chriſti MCCCCLXXXIX) Dominus qui perficit id, quod dicit - illuminet lucernam noſtram et ſplendere faciat tenebras noſtras anno Lucerna (ſeu CCL) et praeceptum et lex lumen, qui proxime venturus eſt in bonum ſuper nos, mittatque nobis filium David Meſſiam noſtrum — et redempti Domini redibunt et venient ad Sion in cantico. Hisce verbis corrector qui eſt Mardochaeus Gallus filius R. Ruben, ſpatio parvo interiecto, alia ſubiecit, in quibus teſtatur praecipuam laudem correctionis deberi alio viro doctiſſimo ſc. R. David filio R. Eliae Levitae. Conſtat opus hoc foll.* 95. *fol.*

Editionem hanc rariſſimam e tenebris extraxit idem vir clariſſimus. Cf. Eiusd. l. c. P. I. p. 65. *ſq.*

MCCCCXC.

11. R. MOSIS MAIMONIDIS Iad achazacha, ſeu manus fortis. *Praecedit fol. verſo* Gerſonis Soncinatis praefatio, cui praemiſit octodecim verſus. *Folio ſeq. incipit opus a verbis* כל המצות *litteris maiuſculis ornatis. Paginae binis conſtant columnis, columnae lineis* 54. *Extat exemplum in Biblioth. Cl. de Roſſi. Cf. Eiusd. l. c. P. I. p.* 70. *ſq.*

SINE NOTA ANNI.

12. R. JOSEPH ALBO Liber fundamentorum &c. *Ad Ariminenſem ſecundam ſcilic. anni* 1522. (*Cf. Annal. Vol. I. p.* 98. *Arimini, not.*) *referendam eſſe banc editionem ſine anno & loco a Gerſone Soncinate typis expreſſam, monuit Cl. de Roſſi l. c. P. IIII. p.* 157. *n. XIX. ubi editio illa Ariminenſis anni* 1486. *iterum ad fictitias ablegatur.*

13. PIRKE AVOTH ſeu Capitula Patrum cum Commentario R. Moſis Maimonidis a Samuele aben Tibbon hebraice translato. *Incipit* hic Miſnicus tractatus ab interpretis Samuelis abben Tibbon praefatione, *praepoſito titulo:* Commentarius miſnici tractatus Avoth eximii et excellentiſſimi rabbini, doctoris ac praeceptoris noſtri, R. Moſis ben Maimon, cuius memoria ſit in benedictione. *In fine:* Finitus eſt totus

liber

liber et perfectus, laus Deo ſeculi. *Text. char. quadr. Comment. rabb. eodem quidem Soncinatum, quo num. 2. et 4. expreſſi fuerunt; (circa ann.* 1484 *vel* 1485) *foll.* 47. 4. *min.*

De Roſſi l. c. P. II. p. 131.

14. Tractatus talmudicus BETZA ſeu de Ovo cum commentario Raſci, Toſephoth, Piſke toſephoth et Mordechai. *Incipit fol. a. praemiſſo tituli loco maioribus litteris vocabulo hebr.* BETZA. *Soncini hunc tractatum poſt Beracoth, iisdem quidem typis et ante annum* 1490. *ut bini alii Nidda et Cholin prodiiſſe, veriſimile eſt. fol.*

De Roſſi l. c. P. II. p. 135. *ſq. Editionem anni* 1489. *Soncinenſ. apocrypham eſſe, monet idem Vir cl. P. III. p.* 162.

14. Tractatus talmudicus CHEDVBOTH ſeu de Contractibus cum Commentario Raſci et Toſephot. *Extare hunc Tractatum, Soncini ante ann. MCCCCLXXXIX. impreſſum, ex tractatu Cholin anni* 1489. *erui poſſe, monet Cl. de Roſſi l. c. P. II. p.* 136.

16. R. JACOB BEN ASCER Arba Turim ſeu IV. Ordinis. *Incipit folio verſo ab* auctoris praefatione & indice primi ordinis, *prima pagina textus qui indici ſuccedit, eo ornatu inſtruitur, qui in fronte extat Soncinenſis editionis Iad Maimonidis anni* 1490. *iisdem typis quadrati ſive maioribus initialibus, ſive minoribus textus exarata eſt utraque editio, ut dubitandum non ſit, quin eodem loco et circa idem tempus lucem viderit. Singuli ordines novam exhibent plagularum enumerationem, primus foll. continet* 94. *ſecundus* 80. *tertius* 50. *quartus* 126. *integrum opus* 350. *In fine primi ordinis:* Finitus eſt primus ordo, laus Deo ſoli - *Tandem: Ego Salomon filius ſocii rabbini Moſis Soncini fel. mem. Reliqui omnes carent epigraphe. Cum ſign. col.* 2. *fol.*

Editionem hanc hactenus ignotam noviſſime detexit Cl. de Roſſi. Cf. Eiusd. l. c. P. II. p. 138. *Probabile eſt. editionem illam Soncinatenſem anni* 1481. *quae nulla eſt (Vid. ſupra n.* 1.) *ex hac confictam fuiſſe.*

CLX. b. MONASTER. SORTEN.

SINE NOTA ANNI.

1. LEONARDI ARETINI Comedia Graccus. *In fine: Finit feliciter leonardus Aretin9 in monaſter. Sorteñ. &c.* 4.

Cf. Annal. Vol. I. p. 96. *n.* 515. *Vol. IV. p.* 228. *n.* 515. *Monaſterium hoc non aliud eſſe, quam Monaſterium Praemonſtratenſium in Sueuia, germanice Schuſsenried, lat. Sorethium, Abbatia Sorethana dictum. Cl. Am Ende in Meuſelii Magaz. VII & VIII. St. p.* 232. *ſq. docuiſſe, ibidem iam iam monuimus.*

CLXI. SPIRAE.

MCCCCLXXVII.

5. b. BREVIARIVM Herbipolenſe - *Praecedit* Calendarium. *Tum:* In nomine Domini Amen Incipit breuiarium de omnibus que cantanda et legenda ſunt per anni circulum in choro S. Kyliani et Sociorum ejus et primo de adventu domini &c. *In*

fine:

ſine : Explicit Breuiarium novum de tempore et de ſanctis per totum anni circulum ſecundum chorum ſancti Kyliani herbipolen̄. *Impreſſum eſt per Dominum Petrum Dracben in Spira ſub anno MCCCCLXXVII.* 4. *min.*

Litterar. Magaz. für Katholik. II. St. p. 141.

MCCCCLXXXVII.

31. b. Missale Eccleſiae Spirenſis. *Praecedit fol.* 1. Epiſtola Ludovici Epiſcopi Spirenſis ad univerſum ipſius Clerum, *quae data eſt Spirae die* 14. *Martii anni* 1487. *Sequitur* Calendarium. *Foll. CCCXXVIII. fol.*

Laire Ind. II. p. 106.

MD.

49. b. Speciale ſecundum Chorum Moguntinenſem 1500. *Inſigne Petri Drach. fol.*

Catal. Bibl. Thott. T. VII. p. 30.

SINE NOTA ANNI.

51. Incipit libellus dans modum legendi abbreviaturas in utroque iure. *Haec col.* 1. *fol. a.* 2. *in fronte. Praecedit* Prologus, in quo contenta huius collectionis recenſentur, et ſunt praeterea : jo. de ubrach proceſſus iudiciarius. Tractatus praeſumtionum : Dominici de civitate Viſentina ars notariatus : breuis iudicii proceſſus et procurationis introductio : Defenſorium iuris : Dyni de mugillo tractatus praeſcriptionum. Petri Jacobi doct. Montepeſſelani tract. de arbitris et arbitratoribus. Galuani de Bononia differentiae legum et canonum. Bartholi tract. de Tabellionibus. *Cum ſign. non interruptis. Fol. min.*

Bibl. Cl. Ioſch.

60. b. Joannis nideri Sermones totius anni de tempore et de ſanctis. *Char. Petri Drach. fol.*

Catal. Bibl. Thott. T. VII. p. 24.

68. b. Incipit tractatus ſancti agustini (ſic) Epiſcopi de fuga mulierum. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol.* 4. *a. lin.* 17. Incipit tractatus ſancti avgvstini epiſcopi de continencia. *Fol.* 7. *b. lin.* 1. Incipit liber beati avgvstini epiſcopi de contemptu mundi. *Fol.* 12. *b. lin.* 24. Explicit liber beati Auguſtini epiſcopi de contemptu mundi. *Char. eod. Ergo Spirae.* 4. *min.*

Bibl. Heidegg. Extat idem liber, eademque ut uidetur editio in Biblioth. Minorit. Ratisb. Accedit in illa Tractat. de communi vita clericorum. Item Epiſtola beati Ieronimi ad Paulinum presbiterum foll. 28. 4.

CLXIII. TARVISII.

MCCCCLXXIV.

8. El teſoro di Ser brvnetto latino di Firenze &c. Interpretem huius opuſculi, quod gallice primum exaratum fuit, eſſe Bonum Giambonium patet ex Indice Vocabularii Academicorum Furfureorum. *Cf. Foſſi l. c. T. II. p.* 61.

MCCCCLXXVII.

MCCCCLXXVII.

14. Fr. FRANCISCI MARONIS Commentaria ſuper primum Sententiarum. *Incipit absque titulo ſic :* (C)IRCA Prohemium libri ſententiarum queritur primum utrum principium complexum poſſit formari in Theologia &c. *In fine :* Fratris Franciſci Maronis ordinis minorum ſacrarum litterarum interpretis - ſuper primum ſententiarum ſcriptum finit. *Anno ſalutis - impreſſum.* Deo gratias. *Sequitur* tabula libri eiusdem. *Tum :* Deo gras laus honorque poteſtas imperium in ſecula ſeculorum. *fol.*

Foſſi l. c. T. II. p. 177. Bibl. Ioſch. Bibl. Fürſtenfeld.

MCCCCLXXX.

40. JVNIANI MAII Parthenopei Ad Inviĉtiſſimum Ferdinandum Regem In Librum De Priſcorum Proprietate Verborum Prologus Foeliciter Incipit. *Haec in fronte fol. 1. a. litter. uncialib. In fine* poſt Juniani epiſtolam ad Archiepiſcopum Acherontinum alia ad Franciſc. Thronum Ludovici. F. Patritium Venetum legitur. *Sequitur* Speculum huius libri. *Tum :* Juviani (*ſic*) Maii. Parthenopei Liber de priſcorum proprietate verborum finit. *Bartholomaeus Confalonerius - impreſſit. Anno. Sal. MCCCC LXXX. pridie kalendas Apriles. Lector Vale. Char. rom. cum ſign. fol.*

Foſſi l. c. T. II. p. 123.

MCCCCLXXXIII.

51. THOMAE MEDII Fabella. *Cf. Annal. Vol. III. p. 190. n. 676. ubi Venetiis. Recte quidem. Delenda ergo hic eſt editio haec.*

MCCCCLXXXIV.

55. STRABO De Situ Orbis &c. *Eſt fortaſſe editio illa Veneta anni 1494. per Joannem Vercellenſem typis expreſſa. Cf. Annal. Vol. III. p. 354. n. 1796.*

SINE NOTA ANNI.

63. DE REIPVBLICAE VENETAE ADMINISTRATIONE. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. eod. b.* Epiſtola Barth. Uranii ad auctorem (Jacob. Comitem Purliliarum). *Fol. 2. a.* Huius dedicatio ad Sebaſtianum Patritium Venetum &c. 4.

Biblioth. Ioſch.

63. b. TERMINORVM MVSICAE DIFFINITORVM. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. 2. a.* JOANNIS TINCTORIS ad illuſtriſſ. Virginem et Dominam D. Beatricem de Aragonia Diffinitorium Muſicae Foeliciter Incipit. *In fine :* Joannis Tinctoris ad Divam Beatricem de Aragonia Peroratio. *Litt. capit. lin. 10. in fine : AMEN. Char. eod. rom. Ger. de Flandr. foll. 15.* 4.

Extat in Bibl. Ioſch. Cf. Annal. Vol. IV. p. 129. n. 509. ubi ex Deniſii Suppl. p. 564. idem liber ſub nomine Johannis Fictoris excitatur - male quidem.

63. d. AENEAS SYLVIVS contra Turcos, ſeu Eiusdem Epiſtola ad Mahumetem Turcorum Imperatorem. *Tarviſii per G. F.* 4.

Catal. Bibl. Thott. Tom. VII. p. 628. ubi tres editiones diverſae ſ. l. & a. 4. excitantur.

69. *Fol. 1. a.* INCIPIT EPISTOLA QVAM MISIT RABI SAMVEL ISRAHELITA ORIVNDVS DE CIVITATE REGIS MOROCHORVM AD RABI YSAAC magiſtrum ſina-

goge que eſt in ſubiulmeta in predicto regno. In año dni M°. ſʒ translata de Hebreo uel de Arabico in latinum per fratrem alfunſium boni hominis hiſpanum ordinis pdicatorum quam tranſlationem fecit anno dni M.CCC.XXXVIII. tpe pontificatus dni benedicti pape XII. *Sequitur eod. fol.* TITVLVS EPISTOLE Epiſtola quam ſcripſit mgr Samuel iſrahelita oriundus de civitate - in regno predicto. EPISTOLA. (C)Onſervet te deus o frater: *Fol. eod. b.* CAPITVLVM I. (D)Eſidero dne mi certificari per te &c. *In fine fol. 26. b. in medio:* EXPLICIT EPISTOLA RABBI SAMVELIS QVAM SCRIPSIT AD RABBI YSAAC MAGISTRVM SYNAGOGE. *Parvo interiecto ſpatio* SEQVITVR EPISTOLA QVAM MISIT PONCIVS PILATVS TIBERIO IMPERATORI ROMANO. *Terminatur* haec epiſtola *fol. 27. b. lin. 23. Tum lin. 24.* LAVS DEO. *Char. eod rom. nitido quo Mich. Manzolinus 1477. Tortelli opus de orthogr. dedit. Sine ſign. cuſt. & foll. num. lin. 27. & 28. 4.*

Extat in Biblioth. Ebner. Norimb. Cf. Denis Suppl. p. 657. n. 5821.

CLXIV. TAVRINI.

MCCCCLXXVII.

4. DECRETA SABAVDIAE &c. Opus incipit abſque titulo a Decreto Ducis Amedei, cuius auctoritate et iuſſu haec Decretorum collectio facta eſt. *Decretum hoc incipit ſic:* (A)MEDEVS: DVX sabaudie: Chablaysii & auguſte princeps Marchio in italia: Comes pedemontium - illuſtribus et fidelibus conſiliariis iuſticiariis officiariis et vaſſalis et ſubditis noſtris quoruncunque ſtatuum preſentibus & futuris ſalutem et omnem felicitatem. *In fine Tabulae:* RVBRICE: DECRETORVM: DOMINICALIVM: EXPLICIVNT: *fol.*

Foſſi l. c. T. II. p. 461.

MCCCCXCII.

17. ZABARELLA ſuper clementinis. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. eod. b.* Dedicatio Jacobini Suigi ad Petrum Caram. *In fine:* Explicit lectura Reuerendiſſimi in chriſto patris et domini dni Franciſci de Zabarellis Cardinalis digniſſimi ſuper Clementinis. *Impreſſa Thaurini per Nicolaum de benedictis et Jacobinum Suigum de Sanctogermano exactiſſima diligentia ac cura Anno dni. MCCCCLXXXXII. die. XXIII. auguſti. Regiſtr. Chartar. Char. goth. cum ſign. & cuſt. fol. mai.*

Seemiller IV. p. 24. Hupfauer l. c. p. 143.

CLXIV. b. THESSALONICAE.

MCCCCLXXIX.

1. R. MOSIS MAIMONIDIS More nevochim. *Theſſalonicae MCCCCLXXXIX. fol.*

Maitt. Ind. II. p. 534. poſt Marchand. l. c. p. 72. Nullum extare librum Seculo XV. Theſſalonicae typis expreſſum, hancque editionem apocrypham eſſe, recte monet Cl. de Roſſi Annal. hebr. typogr. P. II. p. 121. it. P. III. p. 155. Cf. Annal. Vol. IV. p. 156. n. 754.

MCCCCXCIII.

MCCCCXCIII.

2. R. ISAAC ABARBANELIS Commentarius in Prophetas priores, ſeu Ioſue, Iudices, Samuelem ac Reges. *Theſſalonicae MCCCCXCIII. fol.*

Maitt. p. 155. Catal. Bibl. Barberin. T. I. p. 2. aliique. Editio apocrypha. Cf. de Roſſi Annal. ebr. typogr. P. III. p. 163. it. Annal. noſtr. Vol. IV. p. 381. n. 76.

SINE NOTA ANNI.

3. R. DAVID BEN JACOB COEN Migdal David ſeu Turris Davidis. *Theſſalonicae ſine anno, ſed ſub ipſa typographiae primordia, regnante ibidem Amurate Turcarum Sultane, qui anno 1450. obiit. 4. Sic Bartoloccius l. c. T. II. p. 36. At mirum eſſe, recte iudicat Cl. de Roſſi l. c. P. III. p. 175. Bartoloccium ad tam incredibilem aetatem, qua non modo hebraica ulla, ſed vix latina artis tentamina apparuerant, editionem hanc potuiſſe referre, quae omnia prae ſe ferebat recentioris aevi indicia. Prodiit illa revera Ann. 357. Chr. 1597.*

CLXV. TOLETI.

MD.

7. MISSALE - dictum MOZARABES. *Fol. 1. a.* in ſcuto xylographico epiſcopalibus ornamentis praedito duorum Sanctorum imagines exhibentur, quarum altera ſedens B. M. V. videtur, et ſacerdotalibus indumentis alteram ſubmiſſis genibus induit, quae forte S. Iſidorum repraeſentat. *Circa ſcutum verba leguntur:* INDVI. EVM. VESTIMENTO. SALVTIS. SACERDOTES. EIVS. INDVAM. SALVTARI. Scutum includitur ornamento quadrato quod pluribus conſtat diverſis ſegmentis eique uerba ſubiacent rubra: MISSALE MIXTVM ſecundum regulam beati Iſidori dictum MOZARABES. *Fol. eod. b.* Ad reverendiſſimum In chriſto patrem et dn - preſtantiſſimum Franciſcum Ximenem Archiepiſcopum Toletanum. Alphonſi ortiz divini & humani iuris doctoris et canonici Toletani prefatio incipit. *Sequitur* Kalendarium. *In fine:* Ad laudem omnipotentis dei. necnon virginis marie matris eius: omnium ſanctorum ſanctarumque. Expletum eſt miſſale mixtum ſecundum regulam b. Iſidori - emendatum per Reverendiſſimum in utroque iure doctorem dominum Alfonſum Ortiz Canonicum Toletanum. *Impreſſum in regali civitate Toleti.* Iuſſu Reverendiſſimi in chriſto patris dni. d. Franciſci ximenes: eiuſdem civitatis Archiepiſcopi. *Impenſis Nobilis Melchioris gorricii Novarienſis Per magiſtrum Petrum hagembach. Alemanum. Anno ſalutis noſtre Milleſimo quingenteſimo die vero nona menſis Januarii. Char. duplici maiuſc. & minuſc. rubro & nigro, cum ſign. et pagg. num. I-CCCCLXIX. col. 2. lin. 32. fol. min.*

Foſſi l. c. T. II. p. 201.

CLXIX. TRIDENTI.

MCCCCLXXXII.

2. JOH. MATTH. TIBERINI in beatum Symonem &c. *Leonardum Longum, Plebanum S. Pauli Vicentiae qui 1477. Vicentiae impreſſit, artificem huius opuſculi ut et ſequentium eſſe, certo certius eſt. Cf. Audiffr. Specim. p. 10. ſqq.*

CLXXIII. VALENTIAE.

MCCCCLXXV.

3. b. Raymvndi lvlli Liber Divinalis, vocatus arbor ſcientiae. *Valentiae.*
Caballero l. c. p. 5. Editio dubia.

MCCCCXCIX.

35. b. Formvlarivm diuerſorum Contractuum et Inſtrumentorum ſecundum Practicam et Conſuetudinem civitatis et regni Valentiae. *Ex Privilegio Regio videtur editum fuiſſe anno* 1499.
Caballero l. c. p. 76.

MCCCCC.

37. Lo Quart del Cartoixa, dialecto Valentina, interprete Magiſtro Corella, ex Ludolphi Carthuſienſis Vita Chriſti. Volumen ſecundum. *Valentiae.* 1500.
Caballero l. c. p. 79.

CLXXV. VENETIIS.

MCCCCLXVI.

1. Biblia hebraica. *Venetiis per Gerſonem anno CCXXVI. Chr. MCCCCLXVI.* 8.
Editio apocrypha. Cf. Maſch. Bibl. ſacr. T. I. p. 7. not. i. de Roſſi Annal. hebr. typogr. P. III. p. 153.

MCCCCLXX.

18. *Fol.* 1. *a.* Georgii trapesvntii viri doctissimi atqve eloqventissimi rhetoricorvm liber primvs. *In fine :* τελος. *Tum verſus :* Quae ſuperat reliquas artes &c. *Char. rom. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 156. *Graecae dictiones ſuis locis ſunt inſertae. fol.*
Foſſi l. c. T. II. p. 715.

MCCCCLXXI.

41 Qvi comenza el proemio del ordine del ben viver de le done maridade chiamato gloria mvliervm. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Foll. non* 15, *ſed* 16. 4.
Cf. Pellegrini diſſertatione della prima origine della Stampa in Venezia &c. ubi p. 28. ſq. tituli quinque horum tractatuum iterum exhibentur. Non in 4. ſed in 8. prodiiſſe hos libellos ibidem p. 30. affirmatur. At omnes, quantum ſcio, v. g. Cl. Morelli formam 4. ſine dubio minorem, illis dederunt. Caeterum argumenta a Cl. Mauro Boni pro Nicolao Jenſon contra Johannem de Spira in medium producta in diſſertatione iſta, iterum pluribus refelluntur.

71. Lactantii firm. divinarum inſtitutionum Libri VII. *In fine poſt epigramma, quod incipit :* Arguit hic hominum &c. *legitur :* M.CCCC.LXXI. adam. *De Adamo hoc novam, eamque non improbabilem propoſuit ſententiam cl. Foſſi. Putaut nempe nomen hoc non impreſſoris huius libri, ſed auctoris epigrammatis in laudem Lactantii eſſe, quod eodem dat Adamo (non Antonio, uti apud Braun. I. p. 133. audit) Montalto Genuenſi, qui in Raudenſem, alio epigrammate invectus fuerat. Si ita ſe res haberet,*

danda

danda fortaſſe eſſet editio hac Vindelino Spirenſi, cuius in editione, quam anno ſequenti typis mandavit, idem in fine legitur epigramma.

MCCCCLXXII.

108. JOH. DVNS SCOTI Quaeſtiones in primum librum Sententiarum. *Per Leonardum Aurl* 1472. *Leonardum hunc Aurl, alium eſſe ac Leonardum Wild, recte quidem monetur in Cl. Meuſelii Magaz. IV. St. p.* 263. *ſq.*

110. b. SALLVSTII Hiſtoriae. *Venetiis per Philippum Venetum* 1472. *fol.*
Catal. Bibl. Svaier. p. 16.

MCCCCLXXIII.

126. Vita, Tranſito & Miracoli del beatiſſimo HIERONMYMO. *In fine legitur hoc tetraſtichon:*

Qui ſi contien del glorioſo e degno
Hieronymo: la vita el bel finire
Che fece a noſtro exemplo per ſalire
Con verde palma nel beato regno.

Sequitur tum hexaſtichon: Quem legis impreſſus &c. 4.
Audiffr. Specim. p. 316.

MCCCCLXXIV.

148. 149. M. T. VARONIS de lingua latina quae ſuperſunt. *Praecedit foll.* 10. epiſtola Pomponii ad Platinam ſcripta cum indice. *Fol.* 11. *incipit* opus M. T. VARRONIS DE LINGVA LATINA. *In fine librorum de analogia:* Finis eius quod invenitur Marci Varronis - Vale. *Poſt duo folia vacua incipit opus* FESTI abſque ullo titulo. *In fine:* Feſti Pompei liber peroptime emendatus &c. *Sequitur* poſtremus faſciculus qui Feſti fragmentum continet. *Sine cuſt. & pagg. num. cum ſign.* 4.
Foſſi l. c. T. II. p. 764.

159. b. NICOLAI DE AVSMO Supplementum Summae Piſanellae. *Fol.* 1. *a.* In noie dni noſtri Iheſu chriſti. Amen. Incipit liber qui dicitur Supplementum. *Poſt tabulam capitum et Canones poenitentiales:* Laus deo, *tum: Impreſſū eſt hoc opus Venetiis per Franciſcum de Hailbrun. et Nicolaum de Frankfordia ſocios. M.CCCC.LXXIIII. Char. goth. ſine ſign. cuſt. & foll. num. col.* 2. *lin.* 47. *fol. min.*
Editionem hanc a praecedenti omnino diverſam excitat Cl. Foſſi l. c. T. III. p. 21. *ſq. ubi et altera adcurate deſcribitur.*

MCCCCLXXV.

194. PRISCIANVS de octo partibus orationis &c. 1475. 227. PRISCIANVS - 1476. *Eſt una eademque editio. Opus incipit* ab epiſtola dedicatoria: Juliano conſuli ac Patritio Priſcianus ſalutem. *Haec litteris capitalib. Sequitur fol.* 1. *b.* Index et initium ipſius operis. *Poſt librum decimum ſextum de coniunctione ſequuntur:* Libri Priſciani Minoris. *Hos excipit:* Tractatus de duodecim carminibus &c. *In fine ultimi tractatus de ponderibus et menſuris ſequuntur varia carmina hexametra addita in fine notitia:* Volumen Priſciani de octo partibus orationis: de conſtructione: de duodecim carminibus: de accentibus: numeris et ponderibus et menſuris explicitum eſt. *Anno*

domini. M.CCCC.LXXV. Pagina averſa eiusdem folii incipiunt Praeexercitamenta Priſciani ex Hermogene tranſlata. *Haec excipit* Priſciani interpretatio ex Dionyſio metris conſcripta. *In fine :* FINIS. *Impreſſum Venetiis impenſis Johannis de Colonia ſociique eius Johannis manthen de Gheretzem Anno domini M.CCCC.LXXVI. Char. rom. lineis non interruptis ſine initialib. cuſt. & pagg. num. at cum ſign. quae non interrupto ordine alphabetico terminantur in* gg. (*Opus, ut uidetur coeptum, in fine anni* 1475 *et initio ſequentis finitum*) *fol.*

Extat in Biblioth. Ill. Ioſchii.

211. PLATINA de honeſta voluptate et valetudine. *Fol.* 1. *b. incipit tabula, praeviis verbis :* PLATYNAE DE HONESTA VOLVPTATE ET VALITVDINE LIBRI PRIMI CAPITA. *In fine huius tabulae fol.* 4. *b :* CAP. LIB. PLATYNAE DE OBSONIIS ET HONESTA VOLVPTATE ET VALITVDINE FIN. *Tum :* Platynae opuſculum de obſoniis ac honeſta voluptate : *impreſſum Venetiis labore et diligentia Laurentii presbyteri de Aquila : nec non Sibyllini Vmbri Duce inclyto Petro Mocenico. Idibus Juniis M.CCCC.LXXV. Fol.* 5. *a. opus ipſum incipit cum inſcriptione :* PLATYNAE DE HONESTA VOLVPTATE ET VALITVDINE AD AMPLISSIMVM AC DOCTISSIMVM. D. B. ROVERELLAM. S. CLEMENTIS PRAESBITERVM CARDINALEM LIBER PRIMVS. *In fine :* PLATYNAE DE OBSONIIS LIB. FIN. *Char. rom. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 94. *fol. min.*

Foſſi l. c. T. II. p. 360.

214. OMNIBONI LEONICENI Commentar. in Lucanum. *Fol.* 1. *a. incipit* M. Annei Lucani Vita ex Commentario Antiquiſſ. *quam excipit* Ex dimidiato codice particula ad poetae huius vitam pertinens ſumpta. *Accedit quod* Apud Cornelium Tacitum legitur de Lucano. *Fol.* 3. *a. opus ipſum incipit, bis praemiſſis verbis :* Omnibonus Vincentinus in Lucanum. *In fine :* Τελος. *Tum epigramma :* Egreditur phoebi &c. *fol.*

Foſſi l. c. T. II. p. 69.

MCCCCLXXVI.

247. LAVR. VALLAE de linguae latinae elegantia. *Praecedit tabula foll.* 8. *Poſt fol. vacum fol.* 10. *a. incipit :* Laurentii Vallenſis Viri Clariſſimi et De Lingua Latina Benemerentis ad Joannem Tortellium Arretinum : Cui Opus Elegantiarum Linguae Latinae Dedicat Epiſtola. *In fine :* Laurentii Vallenſis Patritii Romani De Linguae Latinae Elegantia : Et de Hoc Pronomine Sui Ad Joannem Tortellium Opus. *Per Jacobum Rubeum Natione Gallicum Mira Arte Ac Diligentia Impreſſum Eſt Anno Chriſti. M.CCCC.LXXVI. Andrea Vendramine* (*ſic*) *Inclyto Duce Venetiarium. Sequitur* Calphurnii epigramma. *Char. rom. cum ſign. fol. min.*

Foſſi l. c. T. II. p. 755.

260. PRISCIANI Grammatici opera. *In fine Librorum de XII. carminibus - de ponderibus et menſuris :* Volumen Priſciani de octo partibus orationis, de duodecim carminibus : de accentibus : de numeris et ponderibus et menſuris explicitum eſt. *Deinde : Anno Domini. MCCCCLXXVI. Sequuntur* caetera opera Priſciani. *In fine tandem* poſt interpretationem metricam libri Dionyſii de Situ orbis : *Impreſſum Venetiis &c. fol. min.*

Foſſi

Foſſi l. c. T. II. p. 405. Sequitur ſine dubio editionem eiusd. anni typis Joh. de Colonia expreſſam.

265. Joannis de monte regio Calendarium, *italice. Fol. 1. a: leguntur verſus ſequentes:*

Queſta opra da ogni parte e un libro doro
Non fu piu precioſa gemma mai
Dil kalendario: che tratta coſe asai
Con gran facilita: ma gran lavoro
Qui numero aureo: et tutti i ſegni fuoro
Deſcripti dil gran polo da ogni lai:
Quando ti ſole: e luna eclipſi fai:
Quante terre ſe reze a ſto thexoro.
In un inſtanti tu ſai qual hora ſia:
Qual ſara lanno: giorno: tempo: e mexe:
Che tutti ponti ſon dastrologia.
Joanne de monte regio queſto fexe:
Coglier tal frutto acio non grave fia
In breve tempo: e con poche penexe.
Chi teme cotal ſpexe
Scampa virtu. *I nomi di impreſſori*
Son qui da baſſo di rossi colori
Venetiis. 1476.
Bernardus pictor de Auguſta
Petrus loslein de Langencen
Erhardus ratdolt de Auguſta.

Conſonat haec editio cum latina huius anni. Conſtat tamen foll. 30. lin. 37. 4. mai.
Foſſi l. c. T. II. p. 208. ſq.

MCCCCLXXVII.

277. b. Bvlla avrea Caroli IV. Imperatoris, *germanice. In fine:* Bulla aurea Caroli quarti Romanorum imperatoris *impenſa atque induſtria Nicolai Jenſon Galici impreſſa Venetiis MCCCCLXXVII. Char. rom. foll. 27. fol. min.*

Editio haec rariſſima extat in Biblioth. Götting. Cf. Annal. der deutſch. Litterat. p. 98. ubi p. 89. et alia anni 1476, Venetiis, iuſſu atque mandato Friderici III. Imperatore a Johanne? Jenſon Gallico typis expreſſa, dubia adhuc, excitatur.

310. M. A. Lvcani Pharſalia. *Fol. 1. b. incipit:* M. ANNEI LVCANI VITA EX COMMENTARIO ANTIQVISS. *Fol. 3. a. inchoat* M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE. LIBER PRIMVS. *Praecedit* Tetraſtichon: Corduba me genuit &c. *In fine:* FINIS.

Quam veniant grandes Lucani &c.

Impreſſum eſt hoc opus anno a Nativitate criſti. M. CCCCLXXVII. DIE. XIIII. Menſis Maii. Sequitur de Lucano teſtimonium Martialis & Taciti. *Char. rom. cum ſign. a-p. p. 35. fol. min.*

